



27. a. 9

| | |
|-------|------------|
| Book | UNIVERSITY |
| 8. 14 | 14 |
| 249 | |

49.





Religiosa
PROSODIA *R. 5377*
HENRICI SMETII
ALOSTANI MED. D.
PROMISSIMA.

SIVE
SYLLABARVM POSITIONE
& diphthongis carentium.
QVANTITATES.


Sola veterum Poëtarum auctoritate adductis exemplis demonstrat.

*Ab auctore reformata, innum. aliq. locis emendata, &
quarta sui parte adaueta.*

EDITIO POSTREMA, EMENDATIO,

Cum Appendice aliquor vocum ad Ecclesiasticis Poësis,
aliter usurparum.

Summa Exponat. variat. Quibusdam bonis Expon.
oct 2



LVGDVNI,
Sumptibus ANTONII PILLÉ HOTTE.
M. DG. XVII.

8-2218

HENRICK SMITH

1870

1871

1872

THE STATE OF NEW YORK

IN SENATE

JANUARY 1873

REPORT OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

FOR THE YEAR 1872

ALBANY: PUBLISHED BY

THE STATE PRINTING OFFICE

Handwritten signature and text

1873



ALBANY

1873



IOHANNI A KORENPVT, IOAN.

F. TRIBVNO ET ARCHI-
TECTO MILITARI
nobilissimo.

HENRICVS SMETIVS
S. D.




VVM ante annos pauculos, vir fortissime, pœmatia quædam prima ætate nostra lusa, recognoscere in mentem venisset, tandemque quorundam, qui in scribendis versibus peritiores, editisque in lucem pœmatis clari hoc loco viuebant, iudicio subiecissem: accidit, vt diuersis diuersa (prout ne quid amicitia darent, eos ante obtestatus fueram) obelisco liberrimo configentibus, de nonnullarum vocum quantitibus quæstiones inciderent, quas hic producendas, ille contrahendas existimaret, de quibus tamen probatorum pœtarum exempla proferre nequirent: neque etiam illorum, qui de re Metrica accuratius scripserant, Despauterij, Micylli, Fabricij monumenta, controuersiam dirimere

possent. Quo discrepantium opinionum tamq̃
affectus, de Syllabarum, Diphthongis, aut Po-
sitione carentium, præcipue vera primarum &
mediarum (de quibus frequentius, quàm de vlti-
mis dubitari solet) quantitibus, sola veterum
(qui vt minimum, ante annos mille scripserunt)
auctoritate cõprobandis, cogitare cœpi. Quam-
obrem peruestigatis (quoties ab ordinariis nego-
tiis, otiosi aliquid subfurari possem) pluribus quã
centum & viginti poëtarum, cum operibus inte-
gris, tum fragmentis, labore incomparabili, pri-
mum quidem, colligebam ea tantum, de quibus
merito dubitari posset. Postea hortatu quorundã,
etiam illa, de quibus, licet cultioris, eruditionis ho-
mines, ex vsitata doctioribus pronuntiatione, ni-
hil ambigerent: quãdam tamen gentes, quales
Galli, Poloni, Vngari ob vernaculi sermonis cõ-
tagium, Latinæ elocutioni vitium afferre assolêt:
Vnde tritum illud: *Non curo quantitatem syllaba-
rum, modo sit oratio congrua:* item: *Nos sumus nobiles
Poloni.*

Et sicut centies, dum Louanij, Bononiæ
& alibi in studiis literarum versarer, notauì,
ex professoribus (viris alioquin magni nomi-
nis) quosdam ex imperita consuetudine, in-
suauiter admodum, ac inconcinne inter præ-
legendum non pauca proferre, qualia: *Alaricus
alioquin, aliquando Andronicus ni sum. Apamia,
Archiatet Archimedes Aristobulus, Beronica Cha-
matriys Cleobulus, compotant, cyclaminus, Daricus.
Getuli, Hexachyris, hydropes, Lacones, me-
diastinus, marthesis, paracterus, petroselinum sus-
focant, thessalonica,* aliaque innumera, contra ac-
centum legitimum, penultimæ syllabæ quan-
titata

titati debitum. Ex quibus vel solis manifesto li-
quet, conatum hunc nostrum, non solum peda-
gogiis ad pueros in verificatoria exercendos: sed
viris quoque in quacunque facultate versantibus,
Theologis, Iurisperitis, Medicis, Philosophis,
Rhetoribus, Historicis, ad concinniore[m] ma-
gisque elegantem etiam solutæ orationis prola-
tionem magnopere profuturum. In quo dum al-
laboro, opus in maiorem expectatione mea tu-
morem accreuit. Collegi autem potissimum ex
poëtarum versibus illis, qui certos pedes postu-
lant: quales hexametri, pentametri, Phalæcij,
iambici, Alcaici, Sapphici, choriambici, tro-
chaici, scazontes: versusque formam, scansio-
nis, commodioris gratia annotavi, vt de pedi-
bus constet; præter hexametrum & pentame-
trum per se notissima. Studui interim qua potui
exempla proferre, quæ duas aut tres syllabas af-
ferere queant. Aliquando etiam, vt de vltima
constaret. Ex Plauto autem, aut Terentio, vt
minus curiosæ leges seruantibus, sicut ex Catul-
lo in Phalæciis nimia libertate luxuriante (dum
primò illorum pedi modo spondæum, modo
iambum, modo trochæum quoque attribuit:
Secundò verò loco, dactyli vicem nonnunquam
spondæo supplet) quam parcissimus fui & qui-
dem necessitate solummodo premente: idque
in vocibus, quæ alibi rarius occurrunt. Vitauit
quoque, qua licuit (modo alia non desissent)
versus cæsurarum licentia abutentes. Ecclesiasti-
cos autem poëtas parcius produxi: eo quod sub-
inde minus anxij quantum obseruatores esse
videantur, dum maiorem tetum, quam pedum
tationem habent, quod apparet in vocibus, am



ma, copula, enecans, eneruatus, florians, fient, sphaera,
& similibus, in quibus primam contra vel natu-
ram vel morem antiquiorum corripunt. Sicut
*secundam in *Abdera, Archimedes, ecclesia, eremus,**
Idume, imbecillus, lauacrum, romphaa, Seuerinus, va-
**letudo, verecundia.* Simili modo tertiam contra-*
*hunt, in *emulamentum, calceamentum, inchoamen-**
**rum, inquietatus, paracletus, pollicebantur.* Postero-*
*rem quoque breuem faciunt, in *demon, dispar, fa-**
**mes, proles, Vlysses, vulpes.* Contra producant pri-*
mam præter morem veterum non raro in vocu-
*lis: *an, bis, didymus, meridies, Seleucia, sinus pro litore,**
spado.* Item secundam extendunt, in *Conduio, redi-
**mitus, sacrificium:* quemadmodum & in nonnullis*
aliis præter artis leges aut antiquorū vsum, quod
imitandum esse abnuo. Quorum exempla videre
volenti in peculiarem appendicē finito huic ope-
ri subnexum, ne quis fallatur, conicienda potius
putaui: quam quod in priori editione factum, ea-
dem simul cum aliis, in contextu, tanquam imita-
tione digna, relinqui. Est iisdem familiare voca-
les natura breues, in fine dictionis positas, ob
consonantes vel duas discretas, vel vnicam dupli-
cem, qualis X. & Z. caput vocis sequentis occu-
pantes, iure quasi positionis, producere, quan-
quam non abque vetustiorum exemplo fecisse id
videantur.

Sic enim Iuuenalis.

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Item Virgilius.

Drymōque, Xantōque, Ligeāque, Cimodocēq.

Adde, quod iidem gerundia in Do, plerumque
indifferenter vsurpent: licet neque istud exemplo
Vete

veterum careat. Ita enim Tibullus.

Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem.

Item Iuuenalis.

Plurimus hæc æger moritur vigilando, sed illum,

Quos & alij sunt imitati:

Serenus quidem,

Sape sibi noxæ nimium manando fuerunt.

Item & Aufonius,

— dum per contando moraris.

Verum quicquid hoc est veterum vestigiis in-
hæreere consultius omnino iudico.

Ex recentibus Mantuanum, in voce *Cicur*, *Politianum*, in *Matrima*, & *Patrimus*, eo quod alij deessent, semel allegavi, præter illos, quod sciam neminem.


Ceterum quandoquidem non omnes voces apud poëtas antiquos obviæ sunt: idcirco quædam (mihi saltem nusquam lectæ) absque adducto exemplo supersunt, quales, *abaununculus*, *acetabulum*, *Amodytes*, *allegoria*, *Apamia*, *Archimedes*, *archipirata*, *cicur*, *titio* pro *torre*, & similia. Ut itaque de talium quantitate constare aliquid posset: quædam te ad simplicia remittent, ut *ab anunculus*, ad dictiones *ab* & *anunculus*, Sic *admolior*, ad simplex *molior*. Quædam e contrario ad composita, ut *cicur*, ad *Ineicoris*. Nonnulla ad similia, ut *titio* pro *torre* ad *Titus* & *Titius*, *Abluuium*, ad *diluuium*, *Amodytes* ad *Troglodytes*, *appendices*, ad *perpendicularum*, *Diluculum*, ad *Luculentus*. *Aristobulus*, ad *Aristophanes*, & *Cleobulus*. *Acetabulum*, ad *acetum*, & *venabulum*. Subinde quoque ad orthographiam respicere iuberis: ut *allegoria*, *Apamia*, *Archimedes*, *archipirata*, quum Græcè scribantur, *ἀλληγορία*, *ἀπαμία*, *ἀρχιμήδης*, *ἀρχιπειρατής*. unde natiua

quantitas facile colligi potest: apud Græcos enim
 vocales η & ω , sicut & diphthongi, tam impro-
 prie, quam propriae semper producuntur, vocales
 autem, ϵ & ι : perpetuo breues. Verum α , ι , υ . com-
 munes habentur. quamuis non in omnibus. In
 quibusdam enim producta, in quibusdam con-
 tracta obseruantur. Tametsi veteres ipsos hac
 in parte aliquando peccasse obseruauim: quod
 ostendunt hæ voces: *ammon*, ἀμμων, *butyrum* βού-
 τυρον, *chalcon* χαλκιδών, *chiron* χείρων, *crepida* κρη-
 πιδίς, *demon* δαίμων, *ego*, ἐγώ, *Hector* ἕκτωρ, ὄκτο ὄκτα,
romphaea ρομφαία, *scoria* σκωρία, *Toletum* τάλαντον. Ex
 his enim syllabas natura longas corripunt. Con-
 tra in *Polytus* πολύτιμος, *Polydumas* πολυδύμας, *Theo-
 phila* θεοφιλία, *thematis* θέματος, quæ breues sunt,
 producunt. In similibus tamen quisquis ortho-
 graphiam, & originem obseruabit: rationi magis
 consentaneum faciet, & qui suum defendat fa-
 ctum, habebit.

Quod autem strenuissimè Corenputi, hoc
 scriptio nis genus tibi viro militari male fortassis
 conueniens inscribendum putarim: ea est causa,
 quod sicut in humaniori literatura historiarumq;
 lectione, ac mathematicis disciplinis diligenter a
 prima adolescentia versatus es: ita in Latini ser-
 monis puritate, adeo feliciter te exercuisti, vt
 quanquam inter arma pro Deo, & patria suscepta
 (in quibus plurima, vel inuidia teste, præclara, hi-
 storiceque Belgicæ huius temporis haud ignota,
 excellentis animi specimina edidisti) iam supra
 annos XV VII. occupatissimus, in obliuionem
 eius, per diluerudinem tam diuturnam, venisse
 existimari posses: illius tamen promptitudinem
 viuacissimam, oratione non tantum soluta, ve-

rum etiam ligata, quodcumque libet, declarare
queas, quod non modo epistola aliquot familia-
res ad me tunc, sed vel vnicum illud epigramma
decastichon (quo ante annos quatuor poematio
tibi inscripto *redastiebas*) testatur. In quibus versibus
(qui uti scribebas, primo poematum nostro-
rum aspectu tibi iam tum ætatem quinquagena-
ria maiorem argenti.

Belli inter strepitus, flammisque tonantia tela, in-
mentem veniebant) nihil tamen triuiale, nihil du-
rum, coactum ve, nihil contra artis leges occurrit:
sed Latinæ dictionis facultas, sed venæ natiuus
fluor, vna cum nitore eleganti coniunctus, elu-
cescit. Ex quibus, quid in flore iuuenili (cuius fru-
ctum posteritati inuidisse videris) præstiteris, por-
tòque præstare potuisses: quilibet per se conie-
cturam facere possit. Cæterum Deum Opt. Max.
omnis boni datorem ex animo precor ut te in-
columen & vegetum reipublicæ bono quam
diutissimè conseruare dignetur, Ex musæo no-
stro x. Martij. 1599.



PAVLI MELISSI FRANCI,
COMITIS PALATINI,
Equitis, Ciuis Romani.

O D E
AD HENRICVM SMETIVM,
V. NOBIL. ET MED.

VIVACE postquam carminis alite
Dixisse Reges Iudaicos iuuat,
atque Susanna pudicos
Melchias, medicaque vires
Et pondus artis non sine Batrachum
Pugnis Homerit, quid modulaberis.
Post hac Camenarum ore dignum,
Canitie ô venerande S M E T I !
Non seque quondam natus in otium,
Neque in soporem, quei sineres graui
Torpescere atatem senilem,
Desidia fugiens, veterno?
Fraudamur, an te magnum auspice
Beat Poëtas, quique ad eos inclytos
Amant poëtasum maniplos,
Grande decus merito in annos
Sequentis aui? Te duce totius
Lingua Latina congeries sibi
Sortitur aptas aqua classes
Proque pedum numero modoque,
Per dictionum multiplicem ordinem,
Antiqua vatum gaudet apiscier
Exempla: queis tyro insticurus
Instruit hinc aciem, potitus
Patente campo, ceu veterana vis
Peritiorum, seruer? fortior
Arms Gradus, bellica squa
Res gerere arte peculiari.
Ad umbilicos gestio ducter
Desiderata nullia copia.
Contra, quid ipsum me fatiget
Detineat que rogasne S M E T I ?
Implere Acanthis (adspecto) bis decem

Desudo siluas, iamque adeo super
Fecundus exit fundus: atque
Se numero fruticante vincit,
Hæc ecce totas excutias vigil,
Nil hercle quærendo inuenies, nisi
Per mille tercentena nobis
Vota petiit oculum Rhodambes.

IANI GRVTERI I. C. HISTORICI Electoralis.

AD HENR. SMETIVM V. NOBIL.

ET MED. ELEGIA.

Sic Helice medio dubios regit æquore nautas,
Sustinet errantes sic Cynosura rates.
Haud melius sane Tegæ dextra visalis
Multifido sectum tramite signat iter.
Optatòque loco statuit, quos anxius error
Passus erat patulum non superare nemus.
Quam Smeti, tuus hic index incenditur hortis
Castalis, Pindi prodit & omne latus.
Nempe prius circa lepidis loca culta Camænis
Nil nisi caligo, mutus & horror erat.
Nunc sed enim quæuis spirant geniale quid antra.
Doctaque de variis sibilat aura iugis.
Nunc sed enim fontes passim siluæque loquuntur,
Speluncaque Echus qualibet ora vigent.
Haud aliter veteri detracta pelle, bilinguis
Anguis ouat, veris viuidiore bono.
Dic tamen ô Smeti, quanam tibi Agonia, quanam
Hic Scimula attulerit, Perfidaque auxilium?
Tam vastum nec enim raro sine numine Divum
A capite ad calcem conficiatur opus.
Ergo trias fuit ista tibi comes usque labores
Usque tuos plausu inuit, & usque sono.
Nec secus ac mellis formatrix Dædala, manè
Choridos ut varios lustrat hianter opes:
Nunc clepit hic Rorem maris, illic suauè Apiastrum
Atterit & Tymbra crura Thymòque gratat
Fixq; domum sero repetit, largòque vacantes

Cellarum

Cellarum stipat nectaris imbre sinus:
Sic quoque thesauros omnes, monumentaque vatum
Aeternum Geniis quos dedit esse decus,
Iudicij docto ungue legis scitoque sequestras
Ordine, cunctarumque vsibus apta facis.
Immodicus certe labor, & non debitus uni,
Horarum rapuit millia multa tibi.
Millia multa, aliis longe qua dedere curis
Ingenio fuerat res magis digna tuo.
Ingenio; multum quo dia superbit Athena,
Quo Medicina albis satra triumphat equis.
Iure sed utilitas vicit communis, & in re
Non puduit tenui continuare moras.
Si res illa tamen tenuis, quam nemo priori
Tentare ausus & hoc tempore nemo fuit.
Si res illa tamen tenuis, iuuenilior etas,
Qua sine vincula pedes habeat, atque manus:
Aut inter vepres praeiuptaque saxa senescat
Ad melicas nunquam gnara venire Deas.
Gnosia sic Theseus Ariadna stamina remnat;
Si Labyrinthica nolis abire domo.
Nautica si spernat magnetis futile punctum;
Si rapidis debet ludibria vlla Notis.
Verum ut est istus Smeii tua nomina donis;
Semper erunt caelo semper hendra solo.
Tale pater meritum nam volet Apollo latere
Lethaeo ve sinet Morsa perire lacu.
Illudat inter Coelituum Coniunia festa
Sape oris referent murmure, saepe lyra.
Palladiis, volent texatur in a quore pepili,
Credidit Heroum cui ben facta Dea.
At iuuenum illa manas, Parnasi Musica tempe;
Cui licet auspiciis iam penetrare tuis:
Qua non ingenij, qua non molimina vocis
Exeret ingrata ne sit habere notam.
Seu Cyrrhe: circa viridaria calce teruntur,
Seu bibitur Claris Pegasis unda labris:
Atulta incisa tuo surget sub nomine Laurus,
Nomine multa tuo vena tumebit aque.
Silua que ramorum Zephyris agitata secundis,
Smetiarum Olympiaci voluet ad alta poli
Defluuiumque Hypocrenes vigilasse susurro,
Smetiarum Atlantiaci voluet ad alto salu.
De quocumque dies illustrior edit, & iurat;

Semper ibi fama munere clarus agas.
 Qualiter in regum thalamis carbunculus ardens,
 Sive Adami montu, vno, siue maris.
 Soelaeque conigeris duplicata vbi Nestoru, umbras,
 Elisi memoris non tamen umbra pedes.
 Sideros totus sed demigrabis ad ignes:
 Erigones vbi lanx vnaque & vna nitet.
 Quippe tibi duplex dederit cum munus Apollo,
 Quaque cluis medicus, quoque poeta cluis:
 Tunc quoque, tunc etiam sua cuncta insignia tradet
 Quoque cluit medicus, quoque poeta cluit.
 Quare de pharetra viduata fornice, fiet
 Sive sedile tuum siue cubile tuum.
 Culcitra ne desit, sed eplumare sagitta
 Quaque volet, molles exhibitura toros.
 Mox eadem illa decussatim, et anversa, rotarum
 Quatuor in speciem, se patietur agi.
 Accedet Taurus fluido curramine praesens
 Tam prohibere astus, quam prohibere Notos.
 Arcus at ille Dei longus, temonis in usum
 Ibis utrinque frequens cui latus obdet olor.
 Hic simulac rostro choraeas dissoluerit arcus,
 Hicq; capistrarit colla canora sibi:
 Imperio nutante tuo, per inania Mundi
 Omnia quo tulerit cunque libido, ruet.
 Nunc matutino iucunde afflaberis Euro,
 Nunc propius Boreae fas erit ire domum
 Et modo ad occidenti sistere cubilia Solis,
 Et modo ad Aethiopum feruida regna plaga,
 Sin libet oppositos, pedibus quoque cernere nostris
 Antipodas, ipsis ilicet hospes, eris.
 Interea multus cantabit ab arbore Gallus
 Baccifera, arguti qui regat oris aues.
 Nam tibi plumigeris cincto latus omne theatris,
 Alaque pennipotens plaudet euante sono,
 Multaque Dauliadam vox amula vocibus, alta
 Murmure non simplex praecipitabit epos.
 Accinet hinc lingua soboles atque aeris Echo,
 Gestiet & toros posse referre modos.
 Inde vacillanti nutabunt vertice montes:
 Assurgent trepidis & memora alta comis.
 Parte alia valles simul attollentur & antra,
 Stabit & immoio fluminis unda pede.
 Suggestet haud visos vniquam Natura colores,

Coctaque

Castæque sudabit Balsama rupis apex,
 Omnia gaudebunt: alii que scientibus auris
 Imperium Zephyrus solus habebit agri.
 Move satellitij comitabitur alma Inuentas,
 Gloriæque, & nullo regimine Fama grauis.
 Hac clangore tuba gentes populosque mouebit,
 Vocis ut harmonicis excipiare sonis,
 Illa animos in te vertant dabit, ac tibi iam nunc
 Templorum incipiant adificare tholos.
 Tertia perfurdet visuo medicamine membra,
 Torpentis Senij ne premat illa gelu.
 Sed velut ille ales, sibi qui sobolesque patérque est,
 Flore lumentutis mox redeuntis oues.
 At quum iam propior, Smeti, radiantibus astris
 Succedes, Phœbi tunc age sume chelyn,
 Sume chelyn, chordasque manu percurrere volucris,
 Chordarumpque iuuent verba diserto melos.
 Fallor? an haud citius primo tentaueris istu,
 Cognita Laroo sula & amata Deo?
 Quin tibi cælorum concors de melismate contra
 Responset orbes perpetis harmonia.
 Sic sane: Autumnique foris laxabitur ultro,
 Vi ginis Erigones ut capiare sinu.
 Astrumque inuident tacite vicinius omne,
 Optet & istud ei præripuisse decus.
 Sustentare sua tibi mallet virumque bilance
 Libra pedem, ipsa tuis stare corona comis,
 Scorpium exsultat caudaq; minacis acumen
 Odit in amplexus pronior ire tuos.
 Hinc motu cauda gannitu hinc vocis adulat,
 Arcturique manu par sitit ire Canum.
 Respicit ipse Leo postoque horrore iubarum,
 Tergore tale velit pondus habere suo,
 Vrsa pedes erecta duos tibi salta: & Anguis
 Bu ter amet collo stare monile tuu.
 Se Crater vix sede tenet: cuperétque capaci
 Venire fouere tua pharmaca mixta manu,
 Nec prorsum ille pide, nam quamuis nostra venena
 Haud habeant illis se penetrare locis:
 Te tamen humani generis quoque pristinus illic.
 Legit imo, Smeti, iure sequetur amor.
 Quoque magis ex facili concessum erit inde inuare,
 Hoc homines cupies nempe inuare magis.
 Quand: igitur sidus stat Olympo rariu, orbi

Quod noceat nunquam, porro scã usque iunet
 Tu contra nullo radiati tempore vultus
 Luminibus terra tantula damna feres.
 Sed noua sufficies por ius morialibus agris
 Gaudia, Pandora qua periere delo:
 Mutabisque adeo in melius passim atheris astra
 Spelligero quotquot vertice torquet Atlas,
 Non vento Arcturus, non imbre minabitur Hædus.
 Frigore non vret Capra, nec igne Canis.
 Abijciet clauam gladiumque comosus Orion,
 Contrahet & cauda virus anile Nepa.
 Vernaque temperies toto dominabitur anno,
 Reddet & Augusto sanore semen ager.
 Vnda feret pisces, volucres dabit aura salubres,
 Nec furret Oceani, nec furez ira Iouis.
 Tantaque compositis surget Pax robus, & arma
 Sic Ianus claudet cruda tenace sera:
 Vna sit ut cunctis concordia partibus orbis,
 Vna sit ut Pietas protinus, vna Fides.
 Tabida sed Tussis contra, sed obunca Podagra,
 Sed capitis grauior, sed stomachi ille dolor,
 Morsq; rapax, Mortisq; soror primaria Pestis,
 Febris & aratrum signifer Eumenidum,
 Aut pauide mœsta antra petent Acherontis, anitas
 Hic ubi Enyo ades, hic ubi seruat Eris:
 Aut sua membra Prometheis stricã undique vinculis
 Caucaœa pascens viscere rupis aues.
 Plaudite io populi, quotquot lux annua ab Indis
 Lustrat ad Hesperij cana fluenta maris.
 Vera loquor ventura loquor, quaque Atropos olim
 De puero ad cunas vaticinata Dea est.
 Vaticinata Dea est, clarum ergo plaudite, namque
 Diua nequit falli, fallere Diua nequit.

CATALO



CATALOGVS.

Veterum Poëtarum, & auctorum, quorum
versus hoc libro producuntur, & quo
plurique tempore vixerint.

(543)


| | | | |
|---|------------------------|--------------------------------|-------------------|
| Accius | | Capella Martianus | |
| Emilius Macer | } ante Christi stum | Catullus | } ante Christi |
| Africanus | | Cicero | |
| Albinus | | C. Cilnius Maecenas | |
| Alcimus Auitus An. | Domi- ni | Cinna Heluius | |
| | 490 | Claudianus an. | 409 |
| Alphius Auitus An. | 440 | Cneus Marius ante Christi. | |
| Ambrosius An. | 339 | Columbanus an. | 580 |
| Amœnus | | Cojumella sub Claudio | |
| Andromachus sub Nerone | | Cor. Gallus | |
| Anthologia Græcz. | | Cor. Nepos } ante Christi. | |
| Angelus Politanus vixit An. | | Cor. Seuerus | |
| 1481 | | Cratinus ante Christi. | |
| Apuleius An. | 380 | Cunradus celtes vixit an. | |
| Arator An. | 560 | 1470 | |
| Architrenius seu Ioannes | | Cyprianus an. | 256 |
| Sarisberienſis vixit An. | | Damasus an. | 586 |
| 1182 | | Domitius Marcus ante Chr. | |
| Aristophanes ante Christi | | Draconius | |
| Arnobius An. | 300 | Drepanius an. | 380 |
| Athenæus sub Antonino | | Ennius ante Christi. | |
| Augustus Cæſar ante Chri- stum. | | Eucheria poëtria. | |
| Auienus sub Theod. ſeniore | | Fannius Palæmon sub Claudio | |
| Auitus Alcimus Ana. | 490 | Fortunatus an. | 570 |
| Aulus Serenus ante Christi. | | Fulgentius an. | 497 |
| Aur. Olymp. Nemeſianus | | Furius Bibaculus ante Chri. | |
| sub Caro. | | Gallus corn. ante Christi. | |
| Aufonius An. | 400 | Gerbertus | 983 |
| Baptiſta Mantuanus An. | | Germanicus Cæſar ante Chr. | |
| 1490 | | Gratius Ouidij coaræneus | |
| Cæſilius ante Christi. | | Gregorius Magnus an. | 596 |
| Calphurnius cum Nemeſia- no ſub Caro an. | 288 | Hadrianus Cæſar an. | 130 |
| | | Helpidius Ruſticus an. | 500 |
| | | Heluius | |

| | |
|---|--|
| Heluius Cinna ante Christ. | Papinius Staius sub Domi- tiano. |
| Hesiodus 360 | Paulinus consul an. 372 |
| Hilarius an. } ante Christ. | Paulinus Episcopus an. 460 |
| Homerus } ante Christ. | Pedo Albinouanus ante Christ. |
| Horatius } ante Christ. | Pentadius |
| Iulius Lacer | Persius Flaccus sub Nerone |
| Iuuenalis sub Domitiano | Petronius arbiter ante Christ. |
| Iuencus an. 332 | Plautus |
| Laberius, ante Christ. | Pomponius } ante Chr. |
| Lactantius an. 312 | Porcius Licin. } ante Chr. |
| Laurea Tullius ante Christ. | Porphyrius sub Costantino |
| Laur. Lippius an. 1482 | Priscianus sub Iustiniano. |
| Licentius cum Augustino | Propertius ante Christum |
| Licinius Caluus } ante Christ | Prosper an. 465 |
| Liuius Andronicus } ante Christ | Prudentius an. 400 |
| Lucanus sub Nerone | Publ. Mimus ante Christ. |
| Lucilius } ante Christ. | Quinctus Catulus ante Christ. |
| Lucretius } ante Christ. | Q. Serenus Samonicus an- no. 240 |
| Macer Æmilius cum Oui- dio, sed qui existat de her- bis non est ille. 480 | Quinctus Rhem. Fannius Palæmon sub Claudio. |
| Mamercus an. 480 | Rufinus Floridus an. 414 |
| Manilius ante Christ. | Rufus Festus Auienus sub Theodof. seniore. |
| Marcellus sub Theodo. se- niore. | Rusticus Helpid. an. 500 |
| Marcus Varro ante Christ. | Rutilus Cl. Numatianus sub Honorio an. 400 |
| Martialis sub Domitiano. | Sedulius an. 430 |
| Martianus Capell. an. 470 | Seneca Tragædus ante Martialem |
| Marullus sub Antonino | Septimius Serenus ante Christ. |
| Maximianus sub Galli no- mine | Serenus Samonicus an. 240 |
| Merobaudus Episc. 1050 | Seuerus Sanctus |
| Merobodeus. | Sidon Apollinaris sub Leo- ne an. 460 |
| Nænius ante Christ. | Silius Italicus sub Domi- tiano. |
| Nemesianus cum Calphur- nio. | Solinus Polyhister sub Vef- pasiano. |
| Oppianus sub Bassiano Caracalla. | |
| Quidius Naso ante Christ | |
| Pacuius ante Christum | |
| Palæmon Fannius sub Clau- dio. | |
| Palladius | |
| Pamphilus | |



| | | |
|------------------------------------|--|---|
| Staius sub Domitiano | | Titus Valgius, ante christ. |
| Sulpitia pœtria sub Domi- tiano | | Turpilius ante christ. |
| Sulpitius Lupercus Serua- stus | | Valerius caro } ante |
| Symmachus Aufonij co- ætaneus | | Valecius Ædituus } christ. |
| Symphosius Cœlius | | Valerius Flaccus an. 80 |
| Terentius ante Christ. | | Varius Valgus } ante |
| Terentius an. 440 | | Varro Atacinus } christ. |
| Tertullianus an. 210 | | Victor Massiliensis an. 460 |
| Theocritus | | Victorinus Afer an. 350 |
| Tibullus ante christ. | | Victorinus Pictasiensis an- te constantinum. |
| Titinnius ante christ. | | Virgilius Maro aute chri- stum. |
| | | Vlpus Egnatius. |

METHO




METHODVS COGNOS-
CENDARVM SYLLABARVM

EX GEORG. FABRICII

chemn. de re poetica lib. I.

aliquot locis à nobis

castigata.



IN syllabarum dignotione, obseruanda est collocatio & quantitas, Collocatio quidem, qua primæ mediæ, aut vltimæ existunt. Quântitas, qua longæ, breues, aut ambiguæ dicuntur. Collocatio, cuius aperta est. Verû in quântitate, eâ est differentiâ, quod syllabæ vel in genere, vel in specie cognoscuntur.

In genere cognitio fit: p ositione: & diphthongo, quæ omnibus accidit syllabis, easq; longas facit: Itè regula & exemplo, quibus aut productæ, aut correptæ esse possunt. Præterea in genere etiam cognoscuntur, vocali ante vocalem, & derivatione.

In specie cognoscuntur, secundum positum syllabarum. In primis syllabis: præpositione, compositione & resolutione. In mediis accentu & diminutione. In vltimis: terminatione vocalium, aut consonantium.

DE OMNIBVS SYLLABIS IN

GENERE.

De Positione.

Positio fit, aut vsitate, aut minus vsitate.

Vsitate quidem: iuxta vulgarem consuetudinem, idque, vel reuera, sequentibus vocalem duabus, pluribusve consonantibus: aut litera geminata idque, aut in vna, eademque dictione: vt *amnis, ferrum, aurum* dictionibus diuersis, vt, *in rebus secundis viue beatus.*

Vel facultate: cum è duplicibus aliqua, qualis X & Z vocalem sequitur, vt *pix, felix, gaza, maza.* vt

Felix & ponere viles. Item.

& Troia gaza per undas.

Vel i litera, inter duas vocales posita: vt, *Ajax,*

Dominus scuti septemplex Ajax.

Item hæ voces: *Traiectus Lynceius, Harpyiis,* vt

Pectora traiectus Lynceio Castor ab exi e.

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

vellem aut Harpyis gula digna rapacibus esset.

Minus vero vilitate, sed (vt veteres vocant) modo quodam, vel.

Cum dictio, quæ vocali terminatur, ab altera dictione, à duabus aut tribus consonantibus, incipiente, excipitur, solito Græcorum more, vt Ouid.

Officij causa pluribus esse dati. Item.

Nihil opus est morte, pro me, sed amore, fideque,

Hoc ne quis cæsurae attribuat: sunt & alia exempla.

Catull. Nulla fuga ratio, nulla spes omnia muta. Item.

Tibull. Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.

Vel cum particula enclitica, quæ in fine producitur. Ouid.

Fluminaque montesque, & in aliam profusa sylvas.

Observatio.

Si post mutam liquida sequitur, triplex observatio studiose annotanda est.

1. Syllabæ positione longæ: breues fiunt. vt *Atlas, Progne*, Ouid.

Hercule supposito sidera fulcis Atlas. Item.

Ad mandato Prognos, & agit sua vota sub illis.

2. Contra, breues syllabæ, propter eandem positionem fiunt longæ, vt volucris. Ouid.

Et primo similis volucris, mox vera volucris. Eodem pertinent:

Cedrus Lugubrus Hetruscus Patroclus

Cyclops Ludicrus Hadria Supremus

Cupressus Latronis Patris Tenebra

Atrides Meretrix Quadrupes Trinacria

3. Syllabæ vero natura longæ, propter mutam & liquidam, breuiari nunquam possunt. vt *matris à mater, atri ab ater, acris ab acer, latro verbum. Item ebrius, salubris, lauerum, compotrix.*

DE DIPHTHONGO.

Diphthongus est duarum vocalium connexio, quæ syllabam natura longam facit, vt *Aurum Eunuchus, Ætas, Oestrum, Thales.*

Diphthongus, interdum corripitur, idque fit.

1. Vel in compositione, vt *praire, praeisse, prabendo*, vt Ouid. 7. Metam.

Quas ubi viderunt praecuta cuspidis hastas.

Hoc tamen non est perpetuum. vt *Axx. Vix.*

Inferni que latus Ææaque insula Circes.

2. Vel extra compositionem, Græcorum more, quod ta-

GEORGII FABRICII

men apud Latinos est rarius. Virg.

Insula Ionio in magno, quas dira Celano.

Harpæque colunt alia.

DE REGULA.

Regula est obseruatio, vsu & consuetudine comprobata, raro aut nunquam absque exceptione.

Regulas autem annotabimus sedecim.

I. Contractio longam semper facit syllabam, sitque i. aspiratione adempta, vt *Nil* pro *nihil*, *Mi* pro *mibi*.

2. Consonantibus obliteratis, vt *Ni*, pro *nisi*, in quo sibilus obliteratur. *Quis* pro *quibus*, sicut & in *heic* & *isteic*, atque ira libros veteres habere, nisi si quis ex quibus. Vnde nonnulli scribunt, cum circumflexo *quis*, in marmoribus antiquis, cum *I* longa duplicata *Quis*: alij censent cum diphthongo scribendum, *Quis*.

3. Vocalibus coalescentibus, vt *Di* pro *Dij*. *Cui* pro *Cuij*. Huius generis sunt illa de Græcis. Virg.

Ilionei monitis & multum lacrymantis Iuli.

Item Dido. Ouid.

Forstian & gravidam Dido seclerare relinquis.

II. Apostrophus syllabam reddit, vel in aliquibus breuem.

Vt Virg. 6. *Æneid*.

Viden' ut gemina stent vertice crista.

Ouid. in *Heroid*.

Nostin' an acciderint mecum loca.

Vel in nonnullis longam. Horat. in *Serm*:

Illuc unde abij redeo, ne mon' ut auarus.

Virg. 1. *Æneid*.

Tun' ille Aeneas quem Dardanio Anchise.

III. Monosyllaba fere producuntur in nominibus, in pronomibus, in verbis, in aduerbiis, in coniunctionibus.

Excipiuntur *Mei, fel*: Item verba *stat, fit*, vt

Virg. — *positus stat in agmine castris*. Item,

Mart. — *aliter non fit Ante liber*.

Item aduerbia, *An, bis, ter, ut*, præpositiones, *In, sub*, de quibus mox plura.

IV. præterita duarum syllabarum priorem producunt, omnia, exceptis sex: *Bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli*, quod apparet ex compositis, *ebibi, addidi, diffidi, conscidi, adsteti, abstuli*. Horat.

Diffidit urbium.

Portus vir Macedo.

V. Præterita, quæ Græcorum modo, augmentum in initio habent, primam corripiunt: & nisi obiter positio, non

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

minus & mediā, vt *Cecidi à cado, fefelli à fallo, pepuli à pello, retigi à tango, & antiquum retuli, vt, Diduci à disco, momordi à momordeo, sponondi, totūdi, cucurri, pupugi, turndi à rundo.*

Excipiuntur duo: *Pepedi à Pedo, Cecidi à cado*, quorum media longa tantum est.

VI. Præterita in *vi* vnam syllabam definiētis, mediam prædeunt, vt *Speſtani, deleui, Agnoui, Ambiuī.*

VII. Supinā duarum syllabarum producuntur.

Excipiuntur nouem, *Datum, Ratum, Satum, Cirum, Itum, Litum, Quitum, Situm, Rutum.*

Statum anceps fuit apud veteres.

VIII. Tempora verborum, quæ à præſenti veniunt, eius quantitatē, in modis omnibus ſeruant vt *Legō, Legebam. Legam, Lege, Legito, Legerem, Legere*, puta omnia prima breui. Similiter quæ à præterito, vt à *Legi, Legeram, Legiſſem, Legerim, Legero, Legiſſe*, omnia prima longæ.

IX. Voces quædam ſeparatim longæ in cōpoſitione contrahuntur, vt *Diu*, in diurnus, *Quando*, in quandoquidem. *Huc* pertinent. *ſiquidem*, in prima ſyllaba: *Totidem* in media, *Quomodo* in vltima. Item. *Dicier, Dominarier*, quæ ſunt acceſſione figurata. Excipiuntur *Quandocunque, ubique, quandoque*, quæ in cōpoſitione quantitatē non mutant.

Tantidem dubium eſt. Sicur & *liquefacio*. Ouid.

Thura liquefaciunt, vbi poëta vſitate eam, quæ ante penultimam antecedit, produxit: nam ſimplex, ſecundæ eſt coniugationis. Eam contrario modo corripuit idem auctor.

Sic ræz perperuis liqueſcunt per ræ curis.

Quam etiam ſemper corripit *Vigil*. vt 4. *Georg.*

Frigore mlla.

Cogit hyems, eodemque calor liquefacta remittit.

Hoc præceptum modo obſeruauit Catullus in Hymen.

Alta reſepucet permiſta flumina cade.

Modo neglexit. vt ad Mallium.

Frigida deſerto reſepucit membra cubili.

Quem in poſtremo ſecuri iidem Virg. & Ouid.

X. Nomina propria eandem perpetuo quantitatē non retinēt. vt *Sichæus* apud Virg. Ilium. *Pelion, Pyrene* pro monte, *Fidena, Curcet*. *Orion*. apud alios poëtās interdum primam producunt, interdum corripunt.

Sicanus & Italus apud Virgillum, *Arabs* apud Propertium primam natura poſſident breuem: Sed in deriuatis, *Sicania, Italia, Arabia*, decentes de iure ſuo, eandem producunt, alioquin in carmen non venirent. *Cybele* conuinaſtem habet penultimam: *Oenotria, Apulia, Sidonius, Ionius,*

antepe

GEORGII FABRICII.

Antepenultimam. Huc pertinent nominum propriorum
genitivi vt *Orion Orionis, & Orionis, Syphax Syphacis & Sy-*
phacis. In his non omnium auctoritas est sequenda, sed
probatissimorum præcipue.

XI. Particulæ illiteratæ nominum numeralium in com-
positis sunt breues, vt *Bi & Tri*, Horat.

Bimari, &ve Corinthi Mænia.

Vt *Virg. & forma tricornis umbra.*

Excipe Biduum & Triduum.

Item *Tre*, vt in nominibus, *Tredecim trecenti.*

Virg. Expertos belli iuuenes, est ilia trecentos.

Item *Du* vt duplex, duplus.

XII. Variatio significationis variat interdum nume-
rum, vt *Tribula, & Tribulus*. Virgil.

Tribulaque trabeaque, pro instrumento rustico. Idem.

Lappaque tribulaque absint, pro herba & spinæ genere,
quæ variato genere etiã spectatur.

XIII. Diuinitia nomina ab origine primitiuorum
plerunq; discedunt, vt *Mamilla à mamma, quasillus à quasi-*
lo, trigillum à tigno, ofella ab ossa, quæ prima leguntur breui.
A pugno pugillus, à flabro flabellum, quæ prima sunt ancipite.

XIV. Patronymicã mediã habent dubiam, discretio-
nis gratia, vt in *Belides & Belides*, Ouid.

Surge age Belide, de tot modo fratribus vnus.

Vbi loquitur de nepote Beli. Item idem alibi.

Quasque gerunt humeris per turas Belides vnctas.

Vbi sermo est de eiusdem neptibus. In primo est *Beli-*
des Belida in masculo; in altero *Belis Belidos* in fœminino.

XV. In verbis desideratiuis, antepenultima in quibus-
dam corripitur. vt *Esurio, Parsurio*. Horat.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

In quibusdam producitur, vt *scaturio, ligurio* Idem.

Semesos pisces, repidumque liguriens ius.

XVI. Verbis aliquibus vtraq; quantitate poetæ vtuntur,
vt *rudere*, quod fera: um est *Persius*

Findor, vt Arcadia pecuari a rudere credas. At.

Virg. Sera sub nocte rudentium.

Vibro & flagro priorem ferè habent productam, sed illud
Catullus in epigrammate hoc Virg. in Georg. corripit.

His adde Migro & Fragro.

DE EXEM P L O.

Exemplum, nihil aliud est, quam laudata bene scriben-
tium auctoritas.

Ad exempla comparanda, lectione & exercitatione opus

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

est imprimis autem probanda sunt Vigiliij, Horatii Tibullij, Ouidij, Propertij: & qui his simillimi sunt. Apud alios autem multa reperiuntur, quæ interdum observatione, quam imitatione sunt digniora, de quibus ad finem admonēbimus.

DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA

IN GENERE.

Syllaba prima ac media proprias rationes habent, præter eas, quæ dictæ sunt, quibus dignoscantur.

DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Si vocalis vocalem antecedit, syllaba vsitate corrumpitur, sed id mutatur tribus modis.

I. Imitatione Græcorum, idque vel præter vocales longas, vt in *Aer, Chaon, Brisets, Ixion, Aones, Herois*, vel propter diphthongos, vt *Ægeon, Medea, Laodamia, Orion, Oreades*. Huc pertinent accusatiui illi Ionici, apud Virg.

Ilionea petiit dextra. Idem.

Idomeneia ducem regnis cessisse paternis.

II. consuetudine Latinorum vt *Dies speciei*, & apud Lucretium in omnibus genitiuis & datiuus quintæ quod etiam imitatur poëta christianus Paulinus, vt

Nuda fides armata Deo est, virtute fidei

Fortior Ezechias.

Item in genitiuis pronominum. *Nullius illius, vnus, vtrius* qui sunt natura breues, sed dubij auctoritate, *Alius, & solius*, nunquam breues sunt. *Alterius* verò, nunquam est longū, nisi apud Ennium teste Prisciano. Idem in verbo *fi*, quādo litera R vocalē non sequitur, vt *fiam, fiebam*. Nam *fieri* & *fieri* excipiuntur, quā a stinctionē ostendit Ouidius.

Omnia iam fieri fieri quæ posse negabant.

Idem fit in interiectionibus, vt *Ohe, Eheu*.

III. Vsu poëtarum, vt apud antiquos in resolutione diphthongi Ennius apud Persium.

Lunati portum est opera cognoscere cines. Item Virg.

Exercere Diana chores. Item.

Hinc atque hinc glomeranter Oreades.

Sed vtramque est figuratum, vt & illa sunt, *Rhea* pro sacerdotē, *Malea*, pro promontorio. Simpliciter enim solent corripiti interpositione vero vocalis, produci.

DE DERIVATIONE.

Deriuata sequuntur quantitatem primi: inorū suorum, vt *Curare* verbū, primā habet lōgā, a nomine *cura* teste Ouid.

Cura quid expediat prior est, quān quid sit honestum.

Pecunia primā corripit, venit enim pecu vel pecore. Horat.

GEORGII FABRICII

Et genus & fermam regina pecunia donat.

Hæc tamen regula variat rationibus contrariis. Interdum enim.

I. A breuib. dictionibus fiunt deriuationes longæ, vt a *penuria*, a *ferus*, *feralis*, a *macer*, *maceror*, a *fruendo* *fruges*, a *cado* *casus*, a *moveo* *mobilis*, a *bacillo* *imbecillus*, a *lino* *littera*, a *sedeo* *sedes*, a *nare* *natare*, a *statu* *staturus*, a, b, *homo* *humanus*, a *quater* *quatuor*, a *nonem* *nonus*, a *secus* *secius*, a *Cere* *ceritius*, a *Chio* insula *Chius* Adiectiuum.

Horat. *Roma laudatur Sarnos & Chios & Rhodos absens.*

Item Tibul. *Veteris proferte falernos.*

Consulis, & Chio solute vincla cado.

Sed fieri id minus mirum in verborum præteritis, vt a *gigno* *genus*, a *possum* *potui*, & similibus.

II. A longis dictionibus, existant deriuationes breues, vt a *sopio* *sopor*, a *dicere* *dicax*, Item *maledicus*, *fatidius* & similia ab *ire* *iturus*, a *vitare* *vitium*, ab *odisse* *odium*: a *stare* *statio* & *stabilis*, a *pene*, *penitus*, a *mole* *molestus*, a *differo* *dijertus*, a *fidere* *fides*, a *fari* *fatuus* & *assutus*, a *sagio* *sagax*, & *luceo* *lucerna*, a *nuba* *pronubus*, a *strideo* *striges*.

Huc pertinent diminutiua quædam, de quibus supra.

III. A breuib. atque longis inueniuntur deriuationes multiplices, vt *quotidie*, a *quoto die*, primam apud Catullum producit, apud Martialem vero corripit. Alteram syllabam producit apud Terentium, corripit autem apud Catullum. *Vietum* a *Vieni*, regulariter penultimam producit, vt apud Lucretium: contra eandem corripit vt apud Comicos & Horatium, *Astare*, *st. tus* priore breui apud Horatium, eadem longa apud Terentium, *A Temetum*, *abstemius*, ante penultimam longa. Quid.

Vina fugit gaudetque meris abstemius undis.

Ab eodem *tumulentus*, vtraque breui in Initio Terentio. *Perij, temulenta es, utinam sic sint, qui mi male volunt.*

Quando, in *quandoque*, longa, est at in *quandoquidem*, breuis, a *nubo* *connubium*, ante penultimam longam habet origine: breuem auctoritate. Plura si volunt colligent studiosi, hæc admonendi studio apposuimus.

IV. A diuersis dictionibus, sed inter se similibus sunt deriuationes indifferentes, vt *liquidus* a *deponente* verbo *liquo*, primam producit, sed a neutro *liqueo*, eandem corripit, manifesto Lucretii testimonio, lib. 4.

Crassaque conueniant liquidis, et liquida crassis.

V. Huc referri potest, quod de personis pluralibus modis coniunctiui dicitur, temporum præteriti & futuri. Nam

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

discriminis gratia produci futurum volunt Catull.

D. in eam millia multa fecerimus. Ouid.

Et maris Ionij transferis aquas.

Ea .em syllaba in praeteritis corripitur. Ouid.

Hac ubi dixeritis seruet sua dona, rogate.

DE SYLLABARVM QVANTITATE

IN SPECIE.

De prima Syllaba.

Prima syllaba cognitionem singularem triplicem habet.

De Praepositione.

Praepositionum aliae in compositione sunt.

Breues, vt, Ab, Ad in, Ob, per, Sub, & inseparabilis R E, quae longa sit, vel differentiae causa, vt *Refert*, pro utile est, vel figurate, vt *Recidit*. Ouid. *In quem recidimus, quisquid mortale creamur.*

Item reduco. Horat.

Dy tibi deat caepa classis reducere Troia.

Aliae sunt longae, vt A, F, De, O, Pro, & inseparabile, D, Co, Ses, Tri. Haec vero morantur dupliciter:

1. Vocati ante vocalem, vt *Deano, Di bisco.*

Item *Coactus, Securus.*

2. Via auctorum, vt *omitto* prima breui. Horat.

Pleraque differat, et praesens, quis oneritat.

Di Corripitur in verbo *durimo*, & in nomine *Difertus*.

Pro in multis est auce, sicut in *Procuris, pr. suado, Propello*. Luctet.

Paruula causa.

Pl. latis, a tergo, qua re, ubi, atque propellat.

Corripitur in eadem nominibus, vt *rocella, profusius, Pro-fugus, Profundus, Propepos, Procurius, Propago* pro genere. *Proci* ad pro meratore.

Item in verbis, vt *Proficiscor, Proferor, Profero, Profero, Propino*.

Item in aduerbis, vt *Proinde, Proleto*.

DE COMPOSITIONE.

Compositio est cum orationis pars simplex cum alia coniungitur, & ex compositi accentu, quantitas iudicatur, vt *Dico, Dico, Ego, ego, met, fero, poseri, quid, in, siquid, correpta penultima*. Rursus *clarus, praclarus, durus, obdurus, quando, quandoque, mirum, permirum, penultima producta.*

DE RESOLUTIONE.

Resolutio est compositioni cōtraria, cum vox aliqua reducit̃ur ad simplices, & ex litera finali apparet quantitas: vt *Vtinam*, & *Quoties*: primas habent breues, quia, vt & quot corripuntur. *Sicubi* & *Quinetiam* primas producunt, quia *Sic* & *Quin* longa existunt. Quædam excipiuntur, vt *Diu*, & *Diuturnus*, de quibus supra in regulis.

DE MEDIA SYLLABA.

Media syllaba speciatim, non satis facilem & explicatam cognitionem obtinet. Cognoscitur modis duobus, accentu & diminutione, quibus vtrisque syllaba anceps & incerta est.

DE ACCENTU.

Accentus est depressio aut eleuatio syllabæ.

Adhibetur accentus in nulla alia syllaba, quam in penultima quæ vel deprimendo corripitur, vel eleuando producit̃ur, vt *Facilis*, *Prodigus*, *Discere*, *Docere*. In cognoscenda penultima ne quis similitudine fallatur, consideranda in vocalibus sunt hæc septem.

1. Natura, quæ se statim offert in casu recto, vt mediata productâ habent hæc sequentia: *Hæstite*, *erica*, *sibicen*, *petitor*, *Brisicis*, *Garulus*, *Insuper*: Corruptam vero eandem obtinent: *missie*, *manica*, *sibicē*, *sudicen*, *institor*, *Nereis*, *Rurulus*, *Vlber*.

In propriis Græca producuntur, *Thrasymbulus*, *Andronicus*. *Beronice*, Latina corripuntur *Atabulus* pro vento, *Hernicus* gentile.

2. Quantitas, quæ ex obliquorum regulis disci debet, quæ vsu obseruantur, vt *Iber Iberis*, *Brito*, *Britonis*, *Calcere calcaris*, *ferox feracis*, *calor caloris*, *radix radicis* media effertur longa.

Contra vero æther ætheris, *Myrmido Myrmidonis*, *isbar isbaris*, *præcox præcoxis*, *frigus frigoris*, *calix calicis*, eadem breui pronuntiantur. Mediam in genitiuis naturam habent, quædam nomina propria, de quibus in generalibus regula decima dictum est.

3. Analogia quæ nominum diuersorum est æqualitas propter similitudinem deriuationis: vt quemadmodum media producuntur, *in loquela*, *vinosus*, *alumen*: similiter in *medela*, *generosus*, *bitumen*. Et vt antepenultima breuis est in monumentum: ita quoque in documentum. Hæc enim si ortum spectes, sub eandem rationem cadunt.

4. Deductio, quæ est, aut eorum nominum, & tantum modo

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

modo adiectiuorum: nam quæ à nominibus substantiuus rerum animatarum descendunt, producant penultimam, vt *mustelinus, murinus, porcinius, anserinus, equinus, à mustela, mure, porco, ansero, equo*. Huc pertinent, *mediastinus, claudestinus, festinus*. Quæ autem veniant à nominibus rerum non animatarum, eandem corripunt, vt *crystallinus, adamantinus, coccinus, ianthinus, crocinus, faginus, cupressinus*. Temporis vero, dubia sunt. Quædam enim sunt longa, vt *matutinus, vespertinus*, quædam corièpta, vt *crastinus, serotinus*.

Aur est certorum verborum in prima coniugatione, quorù aliqua producantur, quæ actione absolutam habeat, vt *festino, inclino, propino*. Aliqua corripuntur, quorum actio ad aliud refertur, vt *inquino, contamino, desino, pradesino*.

5. Etymologia, seu dictionis origo, quæ est omnium tam nominum, quam verborum, eaque solent inuestigari vel ex parte orationis, vt *Exilis*, nomen, & *Exilis*, verbum, quod enim nomen est producit. Lucan. lib. 4.

Glebis exilis Arisba.

Quod autem verbum, corripitur. Horat.

Vicunque fortis exilis puerpera. Iamb. trimet. vel inuestigatur ex variis partium accidentibus, vt *decoris à decus*. Virg. 5. *Æneid.*

Oblitus decorisque sui, sociumque solutus:

Decoris à decor. Idem.

Diuini signa decoris.

Item *parere*, pro *obtemperare*. Tibul. lib. 1.

Longa dies homini docuit parere leones,

At *parere*, pro *eniti*. Terent. in Andr.

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant. versus est iamb. trimeter.

Hanc differentiam pulchre vno versu ostendit Alcinus:

Qui cum passurus ligno sublimis in alto.

Penderet, nexùsque ex culpa penderet orbis.

Item *cecidit* à *cado*. Martial.

Et cecidit sanctis hostia parua focis.

Cecidit à *cælo*. Ouid.

Sylua frequens trabibus, quam nulla ceciderat atas.

6. Si significatio, vt *oblitus* ab *obliuiscor*, media longa. Virg. *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Oblicus ab *oblinor* media breui. Tibull.

Oblitus & musto feriet pede rusticus vnas.

Item in *propago*, alia est significatio nominis huius cum Virg. canit *Gaudet propagine vites.*

Alia rursus hoc versu:

GEORGII FABRICII.

Nimum vobis Romana propago.

Visa potens Superi.

Primum enim de plantis dicitur, alterum de hominibus, Valer. hæc eadem in primis syllabis. Ouidio canente.

At quondam vix fuis acer.

Loquitur enim de arbore. Cum vero idem de equo.

Acer & ad palma per se cursurus honores.

aperta syllabæ est differentia. Apud eundem.

Verba puellarum foliis leuiora caducis.

Quid leue sit, est notissimum. At apud Tibullum.

Carior est auro iuuenis, u. leuia fulgeat ora.

7. Vfus auctorum. Nomina quædam habent indifferentem penultimam. Catull.

Mucusque & mala pituita nasi. Phalec. Perſus.

Somnia pituitæ qui purgatissima mittunt.

Interim tamen meliorum semper præualeat auctoritas.

DE DIMINVTIONE.

Diminutio est proprie aliquot syllabarum de fine ademptio, donec ad res perueniatur, e quibus correptio, vel mora accentu intelligitur. Tibull.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.

In voce *diuitias* sublata vna de fine syllaba, ex eo quod reliquum est antepenultima eius dictionis apparet breuis.

Item in voce *confidentissime*, Virgil.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras.

Iussit adire domos?

Detrahis de fine eius tribus syllabis, restat *confidens*, quod mediam natura & accentu producit.

Interdum quoque aliquid de initio detrahitur vt derelicto simplici nomine deinceps etiam, quod necesse est, ad quantitatis scientiam tollatur. Iuuenal.

Intolerabilius nihil est, quam fœmina diues.

In prima voce præpositio initialis demitur, remanentibus sex syllabis, de quibus si detrahas tres finales, relinquatur *tolera trium syllabarum*, quod mediam habere contractam, indicat accentus.

DE VLTIMA SYLLABA.

Vltimæ syllabæ terminantur, aut literis vocalibus quæ omnes apud Latinos, u sola excepta, dubiæ existunt, aut consonantibus, de quibus deinceps agemus.

Terminatio vocalis.

A.

In A desinentia corripuntur, quales sunt nominatiui & voca

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

& vocatiui singulares primæ declinationis fœminini, vt *Musa, ô Musa*. Item nominatiui, accusatiui, vocatiui plurales neutrorum, vt *scamna, sedilia, acria, cornua*, siue sint nomina, pronomina aut participia.

Corripiuntur quoq; accus. Græci, vt *Phyllida, Agamemnona*. Virg. *Ecl. 3. Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola*, Item Horat. *Vixere fortes ante Agamemnona*.

Item Virg. *At non sic Phrygius penetrat Lacedamon pastor*.

Producuntur ablatiui primæ declinationis ad differentiationem nominatiui, teste Ouidio 1. *Metam.*

Maxima pars unda rapitur, quibus unda pepercit.

Item numeralia in ginta sunt longa, Virg.

Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Sic quoque imperatiui primæ coniugationis producuntur, vt *ama*. Tibull. *Tu modo semper ama, salua puella tibi est.*

Producuntur quoque, *Mna, praterea, interea, postea, antea, contra, ultra*.

Vocatiui autem Græci primæ declinationis masculini quidam producuntur, vt *Aenea, Anchisa, Teutra*. Quidam breuiantur.

Tibullo *Gaiusus Atropa triumpho*.

Item Ouid. *Fecerunt furia tristis Orestia tua*.

E Finale.

In E terminata corripiuntur, vt, *amare, docere, legere, audivere, domine, Ganymede, Achille, cubile, mare*.

Producuntur nominatiui & ablatiui, imo & datiui & vocatiui primæ declinationis fœminina, vt *Penelope*, quantum & datiui & vocatiui & ablatiui masculina primæ, vt *Anchise, Laerte*.

Producuntur & ablatiui quintæ, vt *specie, rabie, re*.

Ouid. *Ventorum rabie solibus orba tument*.

Virg. *Pro re pauca loquar*.

Producuntur & indeclinabilia, vt *Cete, Tempe*. Sicut & aduerbia, *hodie, pridie, postridie, quotidie, quare, fere, ferme*, Item & Imperatiui secundæ coniugationis, vt *doce, mone, mane*.

Longa sunt & aduerbia ab adiectiuis in us deriuata, vt *docte, pulcre, recte, scite*, sicut & superlatiui, vt *doctissime, pulcherrime*. Sed *bene, male, mage*, corripiuntur.

Corripiuntur quoque aduerbia ab adiectiuis in es, vt *fœcile*. Breuia sunt & poene, *rite, sape, nempe, quippe*. Eiusdem naturæ sunt & Encliticæ coniunctiones, vt *que, ne, ve*, sunt & syllabicæ adiectiones, vt *huiusce, tuapte, tute, l'opert*.

Nulla præmissa, de rebus tute loquar.

I Finale.

GEORGII FABRICII.

I Finale.

In I finita longa existunt, vt *domini, homini, amari, docui, legi, audiri, flexi, amari, doceri, audiri.*

Corripuntur vocati Græci tertie declinationis, vt *Alexy, Amarylli, Phylli.* Virg.

O *crudelis A* *mea carmina curas.* Idem.

Mirabar. quia *æstu Deos Amaryllis vocares.*

Ovid. *Phylla fac expectes Demophoonta tuum.*

Idem *Bella gerant aliy, tu Pari semper ama.*

Corripuntur quoque interdum datiu tertie græci, vt *Palladi, Minoidi.*

Communia sunt, *mihi, tibi, sibi, cui, nisi, quasi, vbi, ibi.* Inter quæ *quasi* rectius corripitur. Sed composita *vbi*que *ibidem* producuntur

O finale.

In O desinentia sunt communia, tam masculina quam femina, tam verba quam nomina, vt *Cato, leo, virgo, libido, cupido, amo, lego, audio, amato, doceto.*

Producuntur datiu & ablatiu secundæ declinationis, vt *domino, puero, pulcro.* Item *pondo* indeclinabile.

Producuntur & monosyllaba, *De, sto, pro.*

| <i>Macedo</i> | Fœcundo ieiuna solo vir quippe Macedo. <i>Secundam enim Lucanus semper breuem ponit.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Macedonius</i> | Vescitur esuriens Macedonia, perque soporis. <i>Tertiam Ovidius breuem statuit.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Mæotides</i> | Mæotidumque plagæ pontus quas obruit Heiles. <i>Licina.</i> <i>Secundam Ouid. longam facit.</i> | |
| <i>Margarita</i> | Margaritum ingens opibusque & viribus arca. <i>Secundam Petrus Arbiter & alij contrahunt.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Melanchia</i> | Nascuntur Gracili melanchia grata cumino. <i>Prima ab alius & in illius corripitur.</i> | <i>Colum.</i> |
| <i>Melanurus</i> | Melanurum, turdum, merulamque ymbraque marinam. <i>Contra primam breuem, tertiam longam Ovidius habet.</i> <i>Scribitur enim uerba uerget vel Anapæstus est pro dactylo</i> <i>apud Ennium.</i> | <i>Ennius.</i> |
| <i>Melas</i> | Qua Meios atque Crathis fluij, qua currit Iæon. <i>Posteriorem longam ponit Ovidius.</i> | <i>Prisc.</i> |
| <i>Melite</i> | Sicario lateri remis vicina Melite. <i>Secunda corripitur ab Ouidio.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Meridies</i> | Luna nec in noctem, Sol neque meridie. <i>Primam breuem, secundam longam Horatius facit.</i> | <i>Fortius.</i> |
| <i>Mithraa</i> | Dissona sacra Mithram, Ditemque, ferumque Ty- phonem. | <i>Capell.</i> |
| <i>Mitra</i> | Vt mitra Casariem cohibens aurata virilem. <i>Priusque prior a veteribus produciuntur.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Modo</i> | Vlla potest decreta, modo tu uiue superstes. <i>Posterior</i> | <i>Vicia.</i> |

Posterius corrumpitur apud veteres.

Mosynique demos præbent, quis lignea testa. Præf.
Præma Tibulla contrahitur.

N.

Negligentes Quos statuum Assyrii negligentes principis il- *Alcim.*
 iam.
Negligenter Perniteatque olim negligenter temporis acti. *Alcim.*
Nix S n e n t u m . p e n i t e s q u e n i s i n i h i l e s s e v i d e t u r . *Sidon.*
Hiis vltima veteribus brevis ponitur.
Ninus Rex Non hic Assyrii Ninum priorem. *Phal.* *Sidon.*
Cuius priorem Mari producit.
Nolanus Campanus Capuz ; tamque Nolanus adest. *Prud.*
Huius primam Ausonius extendit.
Omnino Færetici sensus, nullumque omnino relictum. *Auion.*
Præmam v'v'g. producit.
Orca Eluctuat æquoribus, nec non Oretæque feroces. *Farg.*
Lucano media producitur.

P.

Pachynus Vsq; in saxosi Pachyni iugi, plurimus inde. *Auion.*
Media longa est veteribus.
Pædagogus Pædagogus agite me, nam tristissima mater. *Maxim.*
Secundam corripit Marjalis.
Pælem An dextram pacis palam dare, te pudet hosti. *Prosp.*
Præma v'v'g. brevis existit.
Pamphylia Pamphylia in fines hic idem Cragus habetur. *Auion.*
Præmam secundam Statius producit.
Pandionis Hæc cum Pandionis lectum componeret aula. *Auion.*
Secundam longam hæc: Lucanus.
Paphnacus Cespite Paphnaco proddit saxosa Carambis. *Auion.*
Præmam contrahunt antiquiores.
Paracletus Spirat de Patrio corde paracletus. *Chor.* *Auion.*
Scribitur tamen per nica penultima præpærentes produ-
cenda.
Paricida Innocuas inter scyboles genuit paricidam. *Prud.*
Paricida Paricida trahis quod Christi sanguine fuso. *Aresor.*
In his primam longam. secundam breuem ponit Ho-
gatus.
Pelops Sidoniaque inter mansit, regnumque Pelopum. *Licent.*
Mediam vlt res contrahunt.
Phidias Cuius opus Phidias, qui signum Palladis eius. *Auf.*
Præmam antiquiores prælegant.
Philæta Philæta tibi dedit pharetram. *Phel.* *Sidon.*
Præma cont. ab tur v'v'g. dicit.
Philosophus Fingite Philosophi vitricem Laida cæpit. *Sidon.*
Philos in omnibus eam q'sus primam abbreviat.
Phytinus Hæc sese occultant & totinus & Arras arte. *Prud.*
Præmam Lucanus breuem fecit.

| | | |
|-----------------------|--|---------------------|
| <i>phrenesis</i> | Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur. <i>Media est longa Iuuenal.</i> | <i>Senec.</i> |
| <i>phreneticus</i> | Quid mirum rabido si corde phreneticus aget. <i>Primam Martialis producit.</i> | <i>Prosp.</i> |
| <i>physicus</i> | Physica vel logico logicum, vel iungit ad ethos. <i>Primam breuiat Ausanin.</i> | <i>Sidon.</i> |
| <i>pilatus</i> | Finge animo & testes & cæci infanda Pilati. <i>Prima & natura, & vsu veterum produciunt.</i> | <i>Lactant.</i> |
| <i>pisida</i> | Tum Pisida ferax exeret pinguis cuncta. <i>Claudians & primam & secundam cunctas ponit.</i> | <i>Auuen.</i> |
| <i>plato</i> | Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chry- sippus. <i>Primam Horatius breuiem facit.</i> | <i>Fortium.</i> |
| <i>pollicebantur</i> | Argenti ter dena illi mox pollicebantur. <i>Tertiam natura protendi pollicebar.</i> | <i>Iuuenes.</i> |
| <i>propitium</i> | Præputio exutos uictura licet sacrare. <i>Secundam Iuuenalis extendit.</i> | <i>Victor.</i> |
| <i>præsto aduerb.</i> | Respondit hic Romanus ecceum præsto sum Iamb. <i>Ultimam produciunt veteres.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>præstigia</i> | Præstigia que diu nebulosa in fraude peractæ. <i>Secunda præstigia est antiquioribus.</i> | <i>Alcim.</i> |
| <i>proles</i> | Et noua de terris proles in astra volat. <i>Posterior longa est Iuuenali.</i> | <i>Fortium.</i> |
| <i>propitiua</i> | Nam me propitiua rerum pater vnicus alto <i>Primam corripitur Seneca, Similia sunt Propitiua, Pro- pitiables, &c.</i> | <i>Iuuenes.</i> |
| <i>psalterium</i> | Psalterium Lyrici composuere pedes. <i>Secunda extenditur & Virgilio & natura.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>pugil</i> | Vactis pugilibus miles pugnabat Hetruscus. <i>Prior breuis est Horatior.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>pugillares</i> | Inde pugillares soliti percurrere ceras. <i>Primam Iuuenalis longam ponit.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>pulex</i> | Parue pulex & amara lues inimica puellis. <i>Primam Martialis producit.</i> | <i>Auust. Phil.</i> |

Q

| | | |
|---------------------|---|---------------|
| <i>Quintilis</i> | Quintilia, quantum gaudet amare tuos. | <i>Caull.</i> |
| <i>Quintilius</i> | Ergo Quintilium perpetuus sapor. Chor. | <i>Horat.</i> |
| <i>Quintilianus</i> | Gloria Romanæ Quintilianæ togæ. <i>Secunda in his tribus contra naturam Quintilis primi- tini est contracta.</i> | <i>Mart.</i> |

R

| | | |
|---------------------------------------|---|--------------------------------|
| <i>Recolitis</i> | Terris recolitis vestra tenerier. Chor. <i>Prima a veteribus est contracta.</i> | <i>Capilli.</i> |
| <i>Redimitus</i> | Ipsa redimitos olea frondente capillos. <i>Secunda Virgilio est breuis.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Rhomphaea</i> <i>Romphæalis</i> | Aequaque nec ferro breuior nec rhomphaea ligno. Dextram perarmat rhomphæali incendio. Iamb. <i>Greci scribitur in p. q. ña. diphtongo in secunda.</i> | <i>Valer.</i> <i>Valer.</i> |

Personas

| | | |
|---------------------|--|------------------|
| <i>Sabellus</i> | Personas tres esse negant, Sabellius unam. <i>Prima alius & ubique producitur.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Sacrificium</i> | Forma sacrificii perfecti prisca canistro. <i>Secunda contrahitur vetustioribus.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Saginatus</i> | Vt quoque turba bono plaudat saginata magistro. <i>Secundam producitur veteres & primitivum.</i> | <i>Calphurn.</i> |
| <i>Salubris</i> | Hoftica quod salubrem cuspis haberet opem. <i>Secunda in saluber & salus longa existit.</i> | <i>Cinn.</i> |
| <i>Sapphiratus</i> | Vernans herbida cruka sapphiratos. <i>Phab.</i> | <i>Sidon.</i> |
| <i>Sapphirinus</i> | Sapphirino viridi maculosa cæruleo & albo. <i>Secunda in ambabus rectius producitur.</i> | <i>Alcim</i> |
| <i>Sardinia</i> | Iamque Remi populo quernas, Sardinia glandes. <i>Secundam Mari. contrahit.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Scatinia</i> | Scatiniam metuens, non metuit Titiam. <i>Secundam huius vocis longa est Luvenali.</i> | <i>Anson.</i> |
| <i>Seleucia</i> | Cæciliam Sfcula profert, Seleucia Teclara. <i>Prima in Seleucus brevis est.</i> | <i>Fortun.</i> |
| <i>Senectus</i> | Continuus gemitus ægra senectus habet. <i>Ultima huius substantius longa est sicut in voce virtus teste etiam Seneca tragædo.</i> | <i>Maxim.</i> |
| <i>Seplasia</i> | Quodque ab Idumæis rectum Seplasia vendunt. <i>Secundam Ausonius breuius.</i> | <i>Maycell.</i> |
| <i>Seruilis</i> | Hos quoque sub nostris domuit Seruilis, utque. | <i>Sidon.</i> |
| <i>Seruisia</i> | Matronæ, mox cum dederit Seruisia nummos. <i>Viræque cum primitivo consentit. Secundam tamen Horatius corripit.</i> | <i>Iusen.</i> |
| <i>Seruus</i> | Profert & Poëto septem serus explicat ora. <i>Primam veteres longam semper statuunt.</i> | <i>Auson.</i> |
| <i>Severinus</i> | Tu pater & patriæ lumen Severine Boethe. <i>Secunda primitius semper longa ponitur.</i> | <i>Greber.</i> |
| <i>Sextilianus</i> | Bis decies solus Sextilianus bibis. <i>Secunda in Sextilis primitivo producitur.</i> | <i>Mari.</i> |
| <i>Silicibus</i> | Compar silicibus nunc hyacinthus eat. <i>Prima a pud omnes corripitur.</i> | <i>Eucber.</i> |
| <i>Simon</i> | Simon pater ouans, & aquosis gentibus instat. <i>Primam corripit Horatius.</i> | <i>Sedul.</i> |
| <i>Simon</i> | Hic fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbi. <i>Posterior per omnia scribenda producitur.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Simonem</i> | Hinc Simonem & Iudam, lumen quos Persage- mellum. <i>Secundam idem extendit Horat.</i> | <i>Fortun.</i> |
| <i>Simoni</i> | Et mentam & sinapi, coriandrum, protoromūque. <i>Mediam Columella producit.</i> | <i>Marcel.</i> |
| <i>Simus vestra</i> | Baltheus & reuocet volucres in pectore sinus. <i>Priorem Virgilius contrahit.</i> | <i>Im. Anon.</i> |
| <i>Smagdinus</i> | Has inter species smaragdina graminae verno. <i>Prima longa est veteribus.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Socrates</i> | Socratem palnam promeruisse ferunt. <i>Media omnibus est brevis.</i> | <i>Maxim.</i> |
| <i>Solecismus</i> | Da rectum casum, iam solecismus erit. <i>Secunda</i> | <i>Anson.</i> |

Secunda Mari. Iest longa & cum diphthongo scriben-
da

| | | |
|--------------------|---|--------------------|
| <i>Sophia</i> | Sortiri ætheriz coluerunt dogma sophia. <i>Et natura & Mari. mediam breuem ostendunt.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Sphæra</i> | Cuius ad arbitrium sphaera mobilis atque rotun- <i>dar</i> | <i>Idem.</i> |
| <i>Sipendia</i> | <i>Scribenda prior cum diphthongo.</i> Vt post iurisonæ famosa sipendia linguæ. <i>Primam Catullus producit.</i> | <i>Sul. Lup.</i> |
| <i>Statim</i> | Eligit ærium statim sibi corpus adaptans. <i>Catullus priorem corripit.</i> | <i>Alcim.</i> |
| <i>Stator</i> | Ioui statori debet & Diis ceteris. <i>Iamb.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Suffragium</i> | <i>Longam ponit Ouidius.</i> Suffragis Christi, & plausibus angelicis. | <i>Prosp.</i> |
| <i>Suffragatus</i> | Hæc nunc per eius suffragata literam. <i>Iamb.</i> <i>Secundam Statius longam ponit</i> | <i>Paul. Epif.</i> |
| <i>Syracusa</i> | Quis Catinam flectat, aut quadruplices Syracusas. <i>A Virgilio, & Ouidio secunda producta tertia correpta.</i> <i>diphthongo in o mutata, ponitur.</i> | <i>Anfos.</i> |

T.

| | | |
|-----------------------|---|----------------|
| <i>Tarrominitanus</i> | Vel Taurominitana quos Charybdis Phal. <i>Lucanus secundam corripit, & quartam producit.</i> | <i>Sidon.</i> |
| <i>Thales</i> | Thales hoc etiam numeris inquiri & astris. <i>Primam corripit Iuuenalis.</i> | <i>Idem.</i> |
| <i>Ticinus</i> | Allia præcepit Ticini sententia necti. | <i>Seren.</i> |
| <i>Ticinus</i> | Vltima iam claros quærunt post damna Ticinii <i>Sed primam atque secundam Silius producit.</i> | <i>Sidon.</i> |
| <i>Tilia</i> | Fraxinea in flammis quæ fuscit, tilia succum. <i>Prima Ouidio est brevis.</i> | <i>Seren.</i> |
| <i>Tinea</i> | Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat. <i>Primam Horatius corripit.</i> | <i>Sedul.</i> |
| <i>Treuiri</i> | Occurrit Treuiros, alius quoque mota querelis. <i>Prima Lucano prosenditur.</i> | <i>Fortun.</i> |
| <i>Triduanus</i> | In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem. <i>Primam longam ponit Martialis.</i> | <i>Arator.</i> |
| <i>Trigonus</i> | Vota leuat trigono, vires sociante sequenti. <i>Secundam Manilius extendit.</i> | <i>Aufos.</i> |
| <i>Tripes</i> | Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia <i>solus.</i> <i>Posterior Horatio est longa.</i> | <i>Anfon.</i> |
| <i>Turonos</i> | Defendis Turonem, aderas post tempore paruo. <i>Primam atque secundam contrahit Lucanus</i> | <i>Sidon.</i> |
| <i>Typhonens</i> | Diffona sacra Mithran, Ditemque, ferumque Ty- <i>phonem.</i> <i>Prima Virgilio longa existit.</i> | <i>Capell.</i> |

V.

| | | |
|----------------------|---|----------------|
| <i>Valentinianus</i> | Dum regeret princeps data iura Valentinianus. <i>Tertia in Valentinus natura prosabitur.</i> | <i>Fortun.</i> |
|----------------------|---|----------------|

| | | |
|---------------------|--|-----------------|
| <i>Valerianus</i> | Vidimus ô Christo Valeriane sacer. | <i>Prud.</i> |
| <i>Valeriorum</i> | Valeriorum. <i>Adonius versus.</i> | <i>Idem</i> |
| <i>Valetudo</i> | Qualis Diuitiæ Valetudo corporis ipsum, <i>Secunda longa est Horatio</i> | <i>Alcius</i> |
| <i>Verecundia</i> | At postquam teneram rupit verecundia frontem | <i>Maxim.</i> |
| <i>Verecundus</i> | Prostratus pedibus verecunda silentiæ rupi. <i>Secunda longa amborum natura vsuque producitur.</i> | <i>Idem</i> |
| <i>Vero adverb.</i> | At vero postquam lectuli. <i>lamb.</i> | <i>Prud.</i> |
| <i>Vestigium</i> | Posterior <i>Virgilio</i> est producta. Vestigiis calcare suis veneranter adorant. <i>Secunda longa est Veteribus.</i> | <i>Sedul.</i> |
| <i>Viticula</i> | Viticulæ in gracili latet ingens corpore botrus. <i>Secundam facit longam Virgilius.</i> | <i>Tertius.</i> |
| <i>Vltra</i> | Curaque nil prodest, nec ducitur ultra cicatrix. | <i>Seren.</i> |
| <i>Vlysses</i> | <i>Pliniam</i> ab <i>Virgilio</i> & aliis est longa. Efficior demens alter <i>Vlysses</i> ego. <i>Pliniam est longa sicut in vulpes.</i> | <i>Maxim.</i> |
| <i>Vomica</i> | Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam. | <i>Seren.</i> |
| <i>Vulpes</i> | <i>Primam</i> contrahit <i>iuuenalis</i> Hunc arguta nouo gaudentem vulpes amictu. <i>Posterior longa est Horatio.</i> | <i>Anien.</i> |



DEO VERO, ÆTER-
NO, VNI ET TRINO, SER-
VATORI, EVCCHARISTICON
Henrici Smetij vitam com-
plectens.

SVMME Pater rerum, qui nato & Flamine
sancto
Aequiuus, æternus agis: *uivàs reidat vna.*
Personis distincta tribus, Deus vnus & idem.
Omnipotens, sine principio sine fine, locoque.
Cuncta replens, cuncta amplectens: perq; omnis preses.
Qui cælos & inane ingens, vastum mare, terras.
Tartara & Antipodas obtutu perspicis vno:
Cuncta regens solus sapiens: quippe omnia verbo.
Formasti ex nihilo, dextraque potente tueris.
Ne pereant, errentque via, qua pergere iussa.
Cui parent turmæ Angelicæ, cui turba volantium.
Et gens Oceani, pennisq; hominumq; prepage.
Reptiliumq; genus quæq; vdo in celsipite florent
Vere nouo reduces debent nascentia vitas:
Et cui, quæ fuso reparata sanguine Christi.
Sufficiente lytro, & cælesti chrismate sancti.
Vnctæ Paracleti, petraque imposta fidei.
Hostibus exposita hac multis, Ecclesia curæ est.

Prospes

GEORGII FABRICII.

V S.

In V S breuia sunt, vt *seruus, tempus, venus, legitimus, damus, dentibus, manus, manibus.*

Productur monosyllaba, *Rhus, Thus, ius, pus, plus, gras, sus.*

Item genitiui tertiæ declinationis, *Clinus, didus, chlorus.*

Sic quoque genitiui quartæ, nec non nominatiui & accusatiui & vocatiui plurales eiusdem, vt *manus, visus, census.*

Longi sunt & nominatiui singulares facientes genitiuum in *uris, & udis, & uis, vt Tellus, salus, virtus, Palus paludis,* quod tamen breue ponit. Horat.

Regis opus, sterilisque diu palus aptaque remis.

Producuntur & illa quorum genitiui exeunt in *untis, vt Cerasus Cesaruntis, Opus Opuuntis, Hydrus Hyduntis, Amathos, Amathuntis.*

Longa quoque sunt genitiuum in *odis* habent, vt *Melampus, Sciopus, Oedipus.*

Eiusdem ordinis sunt, habentia vocatiuum in *u, vt Panthus Panthus. Item Iesus, Iesu, Domini nostri Saluatoris Filij Dei nomen.*

Y S.

In Y S. peregrina corripuntur, vt *Capys, Libys, Chelys, Theths* pro vxore Oceani variatur. Virg
Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis, Ouid.
Tethys & extremo sepe relicta vado.

T

In T desinentia corripuntur, vt *caput, capit, legit, audit.*

Producuntur tamen collisionis vi aut per syncopen, vt *sumat* pro *sumauit, obiit* pro *obiuit, & obit* pro *obiit.*

Iuuenal *Magnus cinis obiit, & formidatus Othoni,*

Ouid. *Non adit apte, nec legit idonea credo Tempora.*

Ouid. *Et petiit herba fertilioris opem.*

OBSERVATIO.

A communibus regulis si quid diuersum apud antiquos poetarum inuenitur, quamuis auctoritatem habeat, non omni tamen in loco imitandum, sed obseruationibus eruditorum est referuandum, In nomine *Euripus*, cum ponitur profreto, vt apud *Lucaum, Senecam, Silum Val. Flaccam, Aufonium,* item cum pro *aqueductus*, vt *Cicero* exponit. vt apud *Quidium.*

Stagnaque & Euripi, virgineusque liquor.

GEORGII FABRICII.

Producit, ut apparet, penultimam, quam tamen Boëtius, breuem ponendo, primus luxauit.

Similiter in nomine *Edomius*, antepenultimam producunt Vir. Hor. Ovidius: quos ego imitari malim, quam aut Lucanum aut Silium, qui eandem corripunt. Cum ille Thraciæ populus sit: ἠδωνοί.

Ecclesiastici poetæ *Idolum* & *paraclitus*, ἰδωλον & παρακλητος, in penultimis contra naturam contrahunt, sed id dederunt consuetudini vulgi canentis, ne quid dissonum in templis audiretur.

Hæc duo nomina *voluptas* & *venustas*, ante pt. & st. litteras corripi apud Comicos certum est græcorum exemplo. sicut & alia quædam cum ante easdem litteras, tum ante se, m, n, g, c, m, atque similes, ut in explicationibus Terentianis, Comicorum & Ethicorum exemplis probauimus. In priori nomine *voluptas*, metri gratia nonnulli elidunt vocales: Camerarius o, ut sit *vluptas* Erasmus u, ut *volptas* Alij elidunt consonantes. Glareanus p, ut sit *volutas*. Alciatus vero t, ut sit *volupas*. Id ipsorum auctoritati & iudiciis relinquo.

Talia sunt. Fieri prima longa, *Suspicio*, longa antepenultima: *Abi*, *Redi*, vltimis breuib. apud eosdem Comicos præter vsitatum aliorum poetarum morem. Sed hæc satis.

DE PEDIBVS.

Ad carminis compositionem aut diiudicationem, opus est pedum atque locorum in primis notitia. Pes est apta & conueniens syllabarum compositio. Locus (alias regio dictus) est pedis positus aut collocatio. Loci distinguuntur, secundum æqualitatem & inæqualitatem, ut locus secundus, quartus, sextus, octauus æquales sunt. Primus, tertius, quintus, septimus, inæquales, & sic de cæteris. Pedes censentur syllabarum quantitate, & quidem primum numero earundem, alij enim duas, alij tres, alij quatuor aut plures syllabas habent. Deinde correptione, & productione earundem, alij enim ex breuib. aut longis: aut iisdem inrer se mistis conficiuntur.

Pedes quorum in carmine vsus esse solet. Alij sunt simplices, alij compositi. Simples quidem alij duarum syllabarum, & quidem numero 4.

Spondeus ex duabus longis ut *vindex*.

Pyrrhichius ex duabus breuib. ut *Deus*.

Lambus ex breui & longa ut *Mali*.

Trochæus ex longa & breui ut *omnis*.

GEORGII FABRICII.

R.

In R. Latina brevia sunt, vt *casar, carcer, mulier, pater, mater, frater, soror, leuir, uultur, fulgur*. & similia.

Producuntur *par, impar, dispar, compar, car, far, lar, fur, nar*.
Item *aer, ather, crater, character, clisther, skater, spinter, lber*, & quæcunque genitiuum in eris penultima longa adaugent, sicut & *uer. Virg.*

Hic ver assiduum, atque alienis messibus aesta.

Variantur *Celiber, vir & cor. Virg.*

Hic vir hic est, tibi quem promitti sapius audis.

Ouid. De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

A S.

A S Latina producuntur omnia tam singularis, quam pluralis numeri, vt *bonitas, mactestas, bonas, deas, ferus, legas, audias*.

Corripiuntur nominatiui tertiæ declinationis, formantes genitiuum in adis aut ados, vt *Pallas, Arcus, Cycias, Pleiis, Ilias, Pyrhias*.

Ouid. Quatuor autumnos Ploias orta facit.

Breues sunt & accusatiui plurales Græci. *Ouid.*

Et plures illic Hectoras esse puta.

E S.

In E S producuntur, vt *Anchises, Dares, dies, fides, famas, abies, aries, Ceres, paries, pes, merces, lebes, heros*. Item pluralia eorundem.

Corripiuntur crescentia in itis aut etis, vt *miles, formas, palmes, seges*. *Ouid.*

Et radis ad partus, & noua miles eram.

Item.

Fertilior seges est aliena semper in agro. Idem.

Præper adunca Iouis,

Breuis est terminatio Græca. *Ouid.*

Hic Curetes habent, hic Corybantes opus. Item.

Occurent longo tibi Troades agmine matres.

Iuuenal. Satyr 7. Tenet insanabile multos.

Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit.

IS.

In IS finita corripiuntur, vt *cinis, legis* verbum & nomen

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

discis, legitis, discitis, auditis, audistis, audieritis.

Producuntur *Ignis & Sanguis*, vt quidam volunt, vel potius communia sunt. Sic enim Horat. longam ponit.

Vret Achaicus ignis Iliacas domos. Item Tibull.

Quicquid agis, sanguis est tamen iste meus.

Idem Horatius, alibi breuem facit, vbi canit,

Impositam celer ignis Aethnam.

Ita quoque in voce *sanguis* facit Virgil.

Sanguis hebet, frigentque efforta in corpore vires.

Producuntur autem datiuus & ablatiuus pluralis numeri tam primæ quam secundæ, vt *Musis, pueris, dominis, nobis, vobis.*

Item *Quæis* pro quibus, Virgil. *Quæis ante ora patrum.* de quo supra in regulis generalibus.

Producuntur quoque nomina tertiæ declinationis in *is*, quæ penultima longa genitiuum faciunt crescentem, in *itis*, vel *inis*, vel *entis*, vel *iris*, qualia sunt *Lis, Dis, Samnis, Sclamis, Simois, Pyrois, Glis.* Item *vis* tam verbum, quam nomen cum deriuatis, vt *sis* pro *si vis, uteris, quis, quamuis*, Item aduerbium foris.

Producuntur quoque personæ secundæ singulares siue presentis indicatiui, siue futuri coniunctiuus modi, quæ in *itis* longum pluralem faciunt, vt *Audis, Nescis, Velis, possis, Dederis*: Ouid.

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

Item.

Credula si fueris alia tuâ gaudia carpent.

Quamuis & alibi breuia inueniantur. Horat.

Integer est animi ne dixeris ergo vbi parua.

Iuuenal.

Accipit Endromidem, si dixeris astuo, sudat.

○ S.

In *os* producuntur, vt *Bos, flos, ros, glos, mos, dos, nepos, pueros, dominos*, Sicut & *os oris*. Ouid.

Os hominis sublime dedit, cælumque videre.

Corrigiuntur *os offis*, sicut & *exos*. Item *tempus impos*. Item genitiui tertiæ, vt *Pallados, Tideos, Thezyos, Thetidos*. Breues quoque sunt nominatiui in *os* græca, vt *Samos, los, Argos, Delos, Chaos, Melos, Tenedos, Synodos*. Sed Attica producuntur, vt *Athos, Androgeos*. Ouid.

Viuere Androgeos utinam nec facta luisset.

Prosper adesto, tuas laudes, tua dona tantent.

Tu mihi non imæ plebis de sanguine nasci,
 Sed patre, auo, proauoque antiqua stirpe creatis,
 Et bene de patriæ mentis prodire dedisti.
 Patre equidem, cui sexagesimus annus
 Bis viduos passio thalamos: iam vertice cano.
 Et velut effuso iam corpore, spem super omnem,
 Prolificas alia tribuit cum coniuge succos.
 Talis honorato genitum me fœdere lecti.
 Carcere constrictum materno, & luce parentem
 Aethera, decimo dum Luna recurreret orbe,
 Spumoso ex humore coacti more recenter
 Caseoli in massam spissans, virtute latente
 Fingis & humana specie mentisque capace
 Induis, usque fouens dum maturescas in aluo.
 Hinc fractis vteri vinculis, per claustra viarum,
 Eduxit incolumen, Phœbei in luminis auras:
 Ante parans alimenta mihi, quam nascerer, ori
 Suauia, vâtriculo peramica, ac eommoda membris
 Suctilia, irriguis calide asseruata lagenis
 Mammarum, semperque labris exposita tenellis.
 Adiciis in natum fidæ genitricis amorem.
 Quæ nil defieri patiatur sedula proli.
 Sed mea vix menses quater octo expleuerat ætas,
 Quam formidatus quondam senioribus annus.
 Septenus nouies (quam κρηατιδæ verustas,
 Nuncupat) eripuit duro mihi funere patrem.
 Me tamen orbatum non deserit: efficis autem
 (Quo tibi maior honor, quo sit tibi gloria maior)
 Mater vt officium rapti genitoris adæquet.
 Illa igitur curas cari de pignore lecti
 Sollicitas agitans, viduos solatur amores,
 Præsentemque virum fingit sibi prole relicta.
 Hanc monet, hortatur, castigat, præmia ponit,
 Et patris exemplo, puerilli in corde latentis
 Ducit atque igniculos virtutum, & semina veri.
 Territat à vitiiis, quæ sensim prodere sese
 Conserunt ætate rudi, emendatque premendo.
 Illa feras lites, fastus, luxusque procaces
 Detestata, cibo facili, cum simplice amictu
 Contentum, docuit primis assuescere ab annis.
 Hinc semper mihi grata magis Mediocritia magnis.
 Pacis amans animus, fortisque miserum iniquæ.
 Tempus erat teneræ rudicitatem mentis inertem
 Poneret & ingenij meliorem quærere cultum.
 Namque velut geminos vna de matre catellos,
 (Quas genio Natura dabat non dispare nasci)
 Dissimiles cultura tamen, monstrante Lycurgo,
 Reddidit hunc syluis durisque laboribus apæm,
 Illum segnitæ assuetum, & fumantibus ollis.
 Tu mihi cultores animi, morumque magistros
 Suggestis, & docilem me culturæ que capace.

Efficit & Sophiæ Musarumque inde morem.
 Vsq; adeo faues, vt quum iam ætatis adesset
 Quinta trias, dederim futura insignia primæ,
 Phocyliden Latio donando, Pythagoramque.
 Postque duas hyemes formâ cum morte pudicam
 Certantem cecini, & Troxartæ prælia regis,
 At decimo bis vere ætæ, præsignia landis.
 Phœbeæ, Medicæque artis præconia dixi.
 Messe bis vndecima, Clitius audacia nostra.
 Sceptra Iebudææ sumisti sibi dicere gentis.
 Præsidio conata, tuique hæc numinis aura.
 Præterea tantos prosper conatibus addis.
 Successus nostris Medicæ inuigilantibus artis
 Vt quum bis vitæ nondum duodenis adesset
 Autumnus: Musis præclara Bononia dignæ
 Censuerit tituli me Doctoralis honore.
 Interea regis affectus, quocumque locorum
 Misisti: seu Ganduni me siue Leuacti.
 seu Lacedurgiæ vel docto Budoris amne.
 Itala vel tessus (vbi summa licentia morum)
 Exciperent, vitæ inuenilibus abstimulisti,
 Frugi animum tribuês, reâque cupidine ductum.
 Ac mihi ne mentem generis fiducia clari
 Abripeteret, ne luxur iners, ne blanda Dione.
 Bacchus & illecebræ caperent, velut ora caballæ
 Luxuriantis eques freno & calcare gubernat,
 Et rectam docet ire viam: sic nobile præcæ
 Stemmata domus, modici frenas moderamine cæsus.
 Qui licet exiguus fuerit tamen efficit illum
 Sumtibus æqualem, stipis & aulicis egentem,
 Tandem me incolumè per multa pericula vectum
 Per mare, per montes, tempestatemque sonoras,
 Sole sub externo, à morbis, & funere semper
 Seruarum, reddis patriæ, lætæque parenti.
 Annus & hinc non totus abir: de coniuge casto.
 Cõueniente thoro mihi prospicis: haud opulenta,
 Haud quoq; formosa: sed quâ magis plurima virtus.
 Cognitio veri, & reuerentia Numinis ornet.
 Nec sterilem pateris thalamum: sed quatuor inde
 Pignora vitæ mares ducis, totidemque puellas.
 Suppeditanis quæ sufficiant nutrimina vitæ.
 Iamque aderat sextum ver, ex quo ciuis agebam
 Antuerpæ ad restuos Scaldis præditiis ætus.
 Vectus vti longum tranquilla per æquora Ponti
 Nauita, si celeres reuolare ad littora mergos
 Ex placido videat pelago, vocemque ciers:
 Vel si stellarum species de nocte cadentes
 Conspiciat, longoque nitescere in aère tractu:
 Si bibat Itis aquas: si flumina radar hirundo:
 Prouidus ille perit portum: aut legit humida vela
 Sic mihi dum recolo quod totum Belgæ per orbem.
 Victor in Aufonius in Gallos, Saxonas, Afros.

Duxerat

Duxerat, & spoliis iam se ostentabat opimis.
 Alta in pace sedens bombycina carbasa malis.
 Iungebat: magnis certabant sumptibus vrbes:
 Contemtaque aula veteri, noua Curia forma.
 Regis hæc, nigro & colubrino ex marmore tota.
 Splendida surgebat, Pietas dum pressa gemiscit.
 Ex his haud dubiis longè præferere signis
 Venturam dederas cladem, & discrimina rerum.
 Ergo velut Lorum Sodomis, exire paratum,
 Cum fida thalami consortis, & prole tenella,
 Quanta fugæ noras satis esse viatica donans,
 Finibus educis patriis in tuta locorum.
 Hospitium curas alimenta benigniter addis.
 Delectuq; dato de conditionibus, vltro
 Quatuor oblati (cælesti munere) suades.
 Lemgouios petere, & Cauco vicina Visurgi.
 Lippiacis Medicam sacrum herouibus arctæ.
 Hic mihi Phœbea late inclarescere fama.
 Vtiliter tribuis, magnumq; apud omne fauorem.
 Concilians mortale genus inaccessibus auges.
 Interea ne res nimium mihi forte secundæ
 Luxuriam pariant reddat, que tuæ immemor auræ.
 Elatam reprimis per fata domesticamentem,
 Morbis immixtis variis neque funere nullo.
 Solaris tamen hæc iterum, cum maxima sextura.
 Post Maium (quæq; ipse mihi promittere nūquæ.
 Ausus eram) plena largiris munera dextra.
 Mæque Palatini Friderici ponis in aula,
 Qui letabulæ regnat Septemuir in arce,
 Atque gregi focias fido te corde colenti.
 Hic dum quadruplicis plebs per contagia morbi
 Atteritur, tu mæque meosque à peste tueris.
 Ast ne in sperato splendoris adactus aceruo
 Effera: egregiè mihi consulis, inque modesta.
 Lege tenes animum, pietatè, tuique pauore,
 Et ducis exemplo moderati, teque verentis.
 Implerat iam quarta cados vindemia musto:
 Cum tibi grandæuum (quem sollicitudo piorum
 Vndique pressorum, Christi; Ecclesia moerens,
 Et status imperij, multo iam tempore nutans.
 Fregerat) exhaustum longis exfoliare curis.
 Fridericum seder, æternaque beate quiete.
 Tanta orbem domino materna ex morte relicta
 Præsidia visentem, cum nata & coninge fida,
 Per longum deducis iter, saluosque reducis,
 Ereptos iterum patriæ surgente tumultu.
 Atque domi incolumes donas reperire relictos.
 Iam vero reducem spoliatum principe tanto
 Demulces iterum delectu ex mîmere terno.
 Oblato, à Batanis, Curtis, & faucibus Hartæ.
 De quibus hortaris, faciendo artemque docenda.
 Degere Neustadij, & Cassinoro impendere curam.

Hic mihi res aliquem te suppeditante peculi
 Adiecit cumulum, i canis dum prospicis annis.
 Qui sua vermiculis olida putredine natis,
 Qui sua forficibus subter tellure cauata,
 Piscibus Oceano in magno sua pabula curas.
 Montuagis que feris timidisque volucris escant,
 Tunc hominem diuina cui mens æthere venit,
 Cuius ad officium, per te sunt omnia facta:
 Quem tibi dilectum purgasti sanguine Nati
 Vnigenæ, et felix æterna luce fruatur
 Tunc illum inualida vergentem ætate relinquant?
 Haud equalem, nã tu pater es boaus, & Deus olli.
 Quin iud modicum simul impartiris honorẽ,
 Frenam moderanda Academia dextre.
 Dum quoque pestiferis funestas iustibus urbem,
 Nos iterum seruas priuo sine funere saluos.
 At ne forte animus nimis hinc se atrollat: amicum
 Instructumque domo spacioſa, atque vberẽ villa.
 Morte pie matris veniens, neque paupere censu.
 In Flandris herediolum per acerba furentis
 Fulmina Bellonæ vastas, & inuitie reddit.
 Hac clade affectum me iterum solaris amice,
 Ad maiora ciens atque vtilior, vocatu.
 Gymnasia Ierebulæo sub colle vigentis:
 Quum fratre extincto pupillum & regna tuentis
 Nectarus imperio Casimiri haud segnior iret.
 Adicis hic aliquid rursus: de dote meæque
 Sollicitus sobolis thalamo: quibus addis honores
 Aurato nitidos sceptro quum tradis habenas
 Electorali florentis in vrbe Lycei,
 Præcelebres fama, sed cauta mente regendas.
 Inuicis ac rursus eamum: retinaculo tenentem
 Importuni hominis vexari passus ab auso.
 Accumulansque malum, vita me coniugis orbans:
 Coningis æternam meritæ cum nomine vitam.
 Cognitione, metuque Dei, quæ prole beata.
 Vixit amata viro, ter nonos iuncta per annos.
 Sed (tua quæ bonitas) vicibus melioribus ista
 Compensas, quum das natus superesse parenti,
 Obsequiis, probitate, fide, castoque pudore
 Ornatas, dominique metu: queis fida paternæ
 Cura domus, animo sedeat commissa sagaci.
 Quin etiam primæ natarum, sœdus honesti
 Procuras thalami: docto quum traditur illæ
 Zonæo coniux: viduoque leuamina patri
 Magna seni præstas parilis consorte reperta
 Coniugij, qua sit reliquos mollire labores.
 Insuper & natæ mox insperata secundæ
 Pangis honorati connubia clara, Cruteri.
 Quis putet? octauo tandem quoq; vere, Smaragdis.
 Cum tunicam Tellus ornaret me patre valente.
 Quamuis grandæuo, neque climacera timeante

GEORGII FABRICII

PHALECIVM.

Phalecium seu hendecasyllabum loca quinque, pedes tres habet. Primo spondeum, secundo dactylum: tribus reliquis trochæum, vt

Nobis cum semel occidit breuis lux.

In hoc genere Catullus subinde licentiâ abutitur, primo loco (præter spondeum) & trochæum & iambum ponendo, sicut & secundo, pro dactylo nonnunquam spondeum substituit, quod imitandum non est.

SAPPHICVM.

Sapphicum quod & ipsam hendecasyllabum non immerito dici possit certos & immutabiles retinet pedes in omnibus quinque locis, primo trochæum, secundo spondeum, tertio dactylum, extremis duobus trochæum, Raro ponitur absque dimetro Adonico, e dactylo & spondeo constans.

*Otium, & reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.*

ANACREONTICVM.

Anacreonticum seu heptasyllabum, habet loca tria, & syllabam vnâ: pedes habet vsitatos duos, iambum & spondeum, loco primo ponitur iambus vel spondeus, & huius resolutione interdum anapæstus, reliquis solus iambus. vt

*Sat est quiete dulci
Fessum fouere corpus.*

ARISTOPHANICVM,

seu Anapæsticum.

Aristophanicum anapæsticum, quo in ehoris Tragicæ vtuntur: loca habet quatuor, pedes tres, anapæstum, dactylum, spondeum: qui pedes in locis omnibus indifferenter ponuntur.

*Cæstos sequitur mala paupertas.
Vt ioque potens regnat adulter.*

ALCAICVM.

Alcaicum ab Alceo inuentore dictum, habet locos quinque

METH. DIGN. SYL. GEORG. FABR.

quinque primo quidem spondeum vel iambum, secundo iambum solum, tertio syllabam longam, vt exsuram, quarto & quinto dactylos, vel quaiato amphimacrum, quale est.

Vides vt altister nine candidum.

Soracte, nec iam sustineant onus.

GLYCONICVM.


Glyconicum à Glycone inuentore, tres habet locos, primo quidem spondeum, secunde Choriambum, tertio pyrrhichium vel iambum, vt

Sic te diua potens Cypri.

Ventorūque regat pater.

Sunt quidem & alia carminum genera. Sed ista sunt vti-
tiora. De quibus dixisse sufficiat, ad exempla hoc libro
allegata dignoscenda.

HENRI



METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB. 7

Alij syllabarum trium etiam 4. numero.

Dactylus ex longa & duabus breuibus vt *pellore.*

Anapæstus ex duabus breuibus & longa vt *vacuas.*

Molossus ex tribus longis vt *virtutes.*

Tribrachys ex tribus breuibus vt *bibere.*

Quibus & alij 4. adduntur.

Bacchius ex breui & duabus longis vt *honestas.*

Antibacchius ex duabus longis & breui vt *Audire.*

Amphimacer ex breui inter duas longas vt *Trinitas.*

Amphibrachys ex longa inter duas breuibus vt *videre.*

Ex simplicibus, alij pedes compositi surgunt.

Dispondeus ex duobus spondeis vt *Maccenates.*

Proceleusmaticus ex duobus pyrrichis vt *Ariete.*

Dichoræus seu ditrochæus, ex duobus trochæis vt *Cantilena.*

Choriambus ex trochæo & iambo, vt *Nobilitas.*

Antispastus ex iambo & trochæo vt *amatote.*

Disiambus ex duobus iambis vt *propinquitas.*

Pæon primus ex trochæo & pyrrichio, vt *multiuolus.*

Pæon secundus ex iambo & pyrrichio vt *Colonia.*

Pæon tertius ex pyrrichio & trochæo vt *Alienus.*

Pæon quartus ex pyrrichio & iambo vt *celoritas.*

Epitritus primus ex iambo & spondeo vt *amauerunt.*

Epitritus secundus ex trochæo & spondeo vt *Cantilinas.*

Epitritus tertius ex spondeo & iambo vt *discordias.*

Epitritus quartus ex spondeo & trochæo vt *audiuistis.*

Ionicus à minori ex spondeo & pyrrichio vt *praconia.*

Ionicus maiori ex pyrrichio & spondeo vt *Diomedes.*

Ex his certa lege iunctis versus omnis generis fiunt.

DE VSITATISSIMIS VERSVVM

GENERIBVS.

HEXAMETRV M.

Hexameter versus, quem Cicero longum vocat, loca habet sex, pedes autem binos, Spondeum & Dactylum. In quatuor locis prioribus sine differentia collocatur spondeus & dactylus. In quinto solus dactylus, in sexto spondeus.

Longa dies homini docuit parere leones.

METHOD. DIGNOSCEND. SYLLAB.

PENTAMETRV M.

Pentameter versus loca habet pauciora, sed pedes eodem. In primo & secundo indifferenter assumit spondeum & dactylum, remanente syllaba longa in tertio & quarto solos dactylos, remanente iterum syllaba longa.

Tardius aut proprius mors (sua quemque manet.

Quintilianus testatur, veteres finem pentametri, per anapaestos metros esse, sed nos vulgari consuetudini insistimus. Fit autem hexametro & pentametro iunctis carmen Elegiacum, quod omnium scriptis est vltimatissimum.

IAMBICVM.

Iambicum trimetrum seu Senarium pedes habet iambum & spondeum, sed hunc puta spondeum, locis imparibus primo tertio, quinto, tantum admittit. Iambum vero paribus secundo, quarto, sexto postulat. Optimum est, quod ex Iambis puris constat: illi proximum, quod spondeos Iambis alternatim admistos habet, qualia sunt.

Suis & ipsa Roma viribus ruit. Idem.

Nam sera non est ad bonos mores via.

Sublatis duobus pedibus ex trimetro, fit dimetrum iambicum, alias quaternarium Latinis vocatum, cuius multis in hymnis vsus Ecclesiasticis exempli gratia.

Te mane laudum carmine.

Te deprecabor vesperi.

TROCHAEICVM Octonarium.

Trochaicum Octonarium constat locis septem, cum syllaba superflua. Habet autem pedes duos, trochaeum & spondeum, trochaeum quidem locis omnibus, spondeum paribus tantum, secundo, quarto, sexto, vi.

Ipse iussit atque creta: dixit ipse, & facta sunt.

Terra caelum fossa ponti trina rerum machina.

ASCLEPIADEVM.

seu Choriambicum.

Asclepiadeum primo loco accipit spondeum, secundo dactylum, remanente syllaba longa, tertio & quarto dactylum. Qui per choriambos metiuntur, à quibus & proprium nomen capit, rectius quidem, sed hoc incipientibus facilius, fit igitur hunc in modum.

Pastor quum traheres per freta nauibus.

Sed fideat tibi (tanto est tua cura) relicta
Natarum minima, sponsum das, stemmate pulcro
Stœckelium, pietate pari, Musique decorum.

Tu quoque natorum vice (nā septē arce beasti
Aetheria) mihi das natorum cernere natos.
Tu procul à patria, patriam in regione feraci
Et vini & cereris donas, dulcemque quietem,
Principe sub placido turam & caelestibus alis.

Inque pio cœtu, qui te timer, ardet, adorat,
Quod mihi, quod natis opus est, largiris abunde.
Quid dicam? quod & hâc iterum dignaris honore
Magnifico, reddisque auro præeunte verendam
Canitiem, quam sexagesima liquerat æstas.

Tu mihi nunc octo sexagintaque per annos
Incolumen seruas vitam discrimine ab omni.
Quum puer vnus concretam frigore noctis
Calcabam glaciem, vel quando heredia circum
Lintre breui ludens fossæ labebam in vnda.

Inde bis euerſa eieciſtus corrente quadriga.
Cumque per angustum præceps altumque caballo
Corripiente viam Rhetæas ferrer in Alpes:
Haud aliter longo post tempore, quando reuersus
A patriæ campis, heredioloque parentis.

Sole sub ardenti, conuexa in naue fedebam:
Antennæ graue pondus, ab alti culmine mali
In caput illapsæ, lethum mihi pene tulisset.
Sic quū vestus equo, multo post VVâchenhemæa
Urbe domum repeto, curata nobile ab ægra:
Ponticulo sonipes falsus pede labitur, atque.

Sessorem saxo secum deuoluit ab alto.
Tu mihi perpetuus custos, dextraque fideli
Turabaris, vt dilectum luminis orbem,
Me quoque sed modicis voluisti affigere morbis.

Viriolis equidem, febrique ex ordine quartos
Obſeruante dies puerum, verum inde per annos
Vicenosis stabili donabas robore corpus.

At iuuenili æuo per succussantem equi vim
Lassatum rigor & febrilis corripit ardor
Continuus: sexta quem luce recedere sensi.

Et licet octauo rediuius Sole rediret:
Quinta tamen rursus sublatum vespere vidit.
Deinde bis vndenas firmo me corpore messes
Conteruas: donec cumulari sanguinis humor

Insidias strueret lumbis crurisque sinistri
Gressibus officeret dolor in coxendice natus.
Ast hunc te dante ex cubito & gemino pede secta,
Sustulit educto conferim vena cruore.

Hinc vigor ille meos non deficit hætenus artus.
Sic mihi conferuas sano cum corpore vitam.

Cladibus exentam magnis bellique pauore.
Quale ter vndenas Belgas diuexat in annos.
Quamque manu tam munifica defendis, alique

Hactenus, ad gelidam seruiabis porro senectam.
 Quid vero tibi pro meritorum gratias aceruo
 Retribuam supreme Pater, cui debeo cuncta:
 Semper honos tuus ore meo, laudesque sonabunt.
 Dum reget hos artus anima, & post funera uiuet.
 Seu manura suis aliquanto temporis orba
 Exuuiis seu læta iterum (simul vda putredo,
 Arida vel caries, vel flammæ absumserit ardor,
 Et renues varie desierit aura fauillas)
 Corporis hospitium (stare cæleste reducis.
 Undique particulis) tandem subitura prioris,
 Vt mox æthereis viua secum inferat astris.
 Nãq; vt quondã oliuor qui forte minuta sub vno.
 Diuersi generis confusa videbar aceruo.
 Semina: mox secum, dum singula feligit, hoc est
 Ozimon, hoc apia, lapathum istud, ac oxalis illud.
 Daucus & andrachne, amni apiastrum, vrtica, me-
 lanthum.
 Sis tua, sed melior sapientia nouit acuto
 Permissos hominum cineres discernere visu,
 (Scis etenim quo ierãt, & cuius quæque fauilla est)
 Discretosque iterum componere in ossa, cutemque
 Et neruos in remeros, formamque priorem:
 Cuique suam reddens animã, quæ reddita mēbris
 Fida meis restrix, rediuiuo in corpore deget,
 Et secum in cælos rapto per secula uiuet,
 Angelicisque choris, turbaque adiuncta fideli,
 Deuicta Morte atque Erebo, victoque Satane,
 Aeternos Agni decantatura triumphos.

F I N I S.



